

ANIMADVERSIONES

AD

CATALOGUM PRIMUM ET SECUNDUM HERBARIUM
UNIVERSITATIS CHARKOVIENSIS.

AUCTORE

N. Turczaninoff.

Clematis Cunninghamii (Cl. parviflora All. Cunn. in Ann. of Wal. hist. 10—250 e Walp. rep. 2 p. 6) non DC. prodr. nec Nutt. in Tow. et Gray fl. bor. amer. Variat foliis minoribus et majoribus ovatus, oblongo-ovatus vel cordatis, sepalis interdum 7, floribus dioicis et hermaphroditis Specimina numerosa exstant e Nova Zeelandia, collectionibus All. Cunninghamii et Everardi Home.

Clematis grossa Bth. pl. Hartw. 266. Cum diagnosi hujus stirpis quadrant specimina Galeottiana e Vera Cruz Mexici № 4569, Lindeniana e Miradores № 965 et e statu Tabasco, prope Teapa lectum sub № 10, at in omnibus pars inferior caulis, quae describitur foliis pinnatipartitis praedita deficit, species ergo paulo dubia remanet. Plurimae aliae species hujus generis e speciminibus paucis et partim imperfectis non describendae.

Ranunculus coenosus Presl non ad Hecatonias sed ad Batrachia pertinet.

Ranunculus Pallasii Schlecht. floribus flavis neque albis gaudet.

Ranunculus geranioides Bl. quem in catalogo R. Blumei nominavi, secundum specimina Zollingeriana est forma minus pilosa R. diffusi DC.

Ranunculus e coll. Nilagirica Perrottetiana № 12 foliorum et carpellorum forma cum R. philonotide convenit, at recedit caule decumbente; talem etiam in specimine Graeco Bergeriano video. Puncticuli in specimine unico per faciem carpellorum dispersi, pari modo se habent et in planta Europaea. Sub № 13 ejusdem collectionis, exstant individua ad speciem novam forsanspectantia, fibris radicalibus crassis et praelongis, foliis radicalibus tempore florendi evanidis, caulinis paucis squamaeformibus petalis 10 carpellorum rostro brevissimo propter specimina incompleta rite non determinanda; R. subpinnatus W. et Arn. sub № 9 a specimine Hohenackeriano nonnisi pubescentia densiore subsericea diversus.

Delphinium Californicum Tow. et Gray? E coll. Douglasiana. Cum descriptione quadrat praeter petiolos basi vix dilatatos et limbum petalorum superiorum potius bidentatum quam crenatum.

Delphinium variegatum Tow. et Gray? Ex eadem collectione. A definitione recedit petalis superioribus bi nec trilobis, pilis longiusculis vestitis. An distincta species? Racemus in duobus individuis 3—4 florus, flores in unico coerulei, albo-variegati, in altero intense coerulei; in tertio etiam floribus intense coeruleis gaudente racemus

7 florus. Pedunculi flores plus quam duplo superant, in paucifloris indivisi, in paucifloro apice bifidi.

Delphinium foliosum (Delphinastrum). D. caule simplici, basi subnudo, reliquiis foliorum inter se remotis vestito, a medio ad apicem folia approximata gerente; petiolis basi non dilatatis; foliis basi cuneatis trifidis, laciniis basi etiam cuneatis bis trifidis, lacinulis linearibus acuminatis; spica densa multiflora; pedunculis flore brevioribus; calcare florem excedente; petalis superioribus bifidis medio dense barbatis, laciniisque longe ciliatis, ungue dilatata, dorso calcarato. Flores coerulei extus puberuli. Ad D. scopulorum Asa Grayi, e definitione hujus, pluribus notis accedit, sed folia circumscriptione non orbiculata et basi valde angustata, petalaeque superiora dense nec parum harbellata. California, Douglas.

Delphinium parviflorum Turcz. videtur identicum cum D. dictyocarpo DC.

Tetracera e Rio Janeiro, Vauthier coll. № 177, omnibus characteribus cum T. Breyniana Schlecht. convenire videtur.

Tetracera tripetala. T. caule volubili glabriusculo, ramis pilosulis; foliis inferioribus lanceolatis vel lanceolato-ellipticis obtuse acuminatis, superioribus ellipticis vel ovato-ellipticis obtusis mucronulatis integerrimis, supra glabriusculis aspero-punctulatis, subtus venoso-reticulatis, junioribus ad venas pube brevi adpressa vestitis? racemis axillaribus terminalibusque paucifloris; floribus 4—5 sepalis 3 petalis; ovariis liberis. Species numero petalorum diminuto insignis. Sepala irregulariter imbricata extus pubescentia. Petalorum exterius orbiculatum

planiusculum, interiora duo cochleata, impressione antherarum punctata flava. Stamina numerosa multiseriata, serierum exteriorum breviora, filamenta ad apicem dilatata, loculos antherarum lateraliter gerentes. Ovaria 3 glaberrima, oblongo-ovata, in stylum attenuata. Semina nigra rugulosa nitida, arillo parvo. In Java legit cl. Horofield.

Davilla glabrata. D. glabra, caule flexuoso subvolubili; foliis obovato-ellipticis in petiolum usque ad basin decurrentibus obtusis, saepe emarginatis, integerrimis; paniculis axillaribus et terminalibus folia excedentibus, paniculam communem terminalem laxam formantibus; sepalis glabris, petalis 2 longitudine sepalorum interiorum. Sepala glabra, interiora tempore florendi exterioribus duplo majora, post delapsum petalorum magis crescunt et tum sepalia exteriora triplo et quadruplo excedunt. Stamina numerosa multiseriata, filamenta apice tantum dilatata. Ovarium unicum orbiculare, stylus filiformis, stigma ut in congeneribus peltatum. In provincia Goyaz Brasiliae, Gardner № 4089.

Davilla Piauiensis. D. glabra, caule volubili; foliis late ellipticis acutatis vel obtusis, in petiolum usque ad basin decurrentibus; paniculis axillaribus et terminalibus folia aequantibus vel superantibus, paniculam communem terminalem formantibus; sepalis externe pilis raris hirtis; petalis 4 sepalia exteriora parum superantibus. Praecedenti affinis, foliis latioribus ellipticis, sepalis hirtis petalisque 4 diversa. In prov. Piauihy Brasiliae, Gardner № 2464.

Davilla e Goyaz, Gardner № 4088 videtur *D. lucida* Presl.

Candollea? ad fl. cygnorum Drumond coll. VII, № 115 e speciminibus valde incompletis mihi nota, aphylla forte huttae Harw. species. Petala sepalis breviora et stamina alterna sterilia squamaeformia visa in flore unico quem examinare potui.

Hibbertia salicifolia. H. foliis oblongo-lanceolatis basi attenuatis, mucronulo deciduo terminatis, integerrimis, subtus glauco-canescens glabris; spicis axillaribus folia excedentibus a medio floriferis; floribus subsessilibus bracteatis, bracteis linearibus floris longitudine; sepalis externe sericeis; ovariis duobus glaberrimis. Arbor in monte excelsa Balada Novae Caledoniae a cl. Viellard detecta et sub № 63 distributae. Species habitu distinctissimo, omnino Trisemarum, sed petala semper 5 et ovaria 2 observavi. Trisema coriacea Hook. f. in eadem collectione sub № 55 servatur. Ibique tres novae species trisemae dantur, nempe sub № 56 coriaceae affinis et forsitan diversa panicula laxiore foliisque basi magis contractis, superioribus saltem acutatis; sub № 60 foliis minoribus, limbo ad ramos decurrente, ideoque sessilibus et panicula ad racemum reducta; sub № 62 foliis magnis fere linearibus, subtus sericeis, floribus racemosis. Omnes e speciminibus unicis, plus minus incompletis mihi notae.

Ochrolasia Drumondii genus antea propter insertionem lateralem styloium separatum, habituque sat distincto a hibbertiis gaudens, nunc monentibus clss. Benthamio et Hookero filio conjungo, nam stylus in plerisque speciebus plus minus uno latere in ovarium descendit. Planta mea hibbertia ochrolasia nuncupanda.

Caulophyllum, genus jam a Michauxio conditum, a Candolleo uti sectio leontices consideratum, nunc non
№ 2. 1863.

immerito restitutum. Sed leontice Altaica Pall ; cujus capsula minime vesicaria est, seminibus in maturitate excrescentibus brevior persistensque, meo sensu a cl. Spachio recte in genus proprium gymnospermium separata. Fructus leont. Ewersmanni non vidi.

Sophorocapnos pallida Turcz. comparata cum speciminibus Bourgaeanis boreali — Americanis, nuper acceptis corydalidis aureae, specificè non differt. Bractee in planta Chinensi hinc inde denticulis acutis paucis et vix manifestis instructae. Nihilominus species haec siliquis torulosis et transverse in loculos monospermos divisis generice separanda et Soph. aurea nuncupanda. Genus servandum, eadem ratione distinctum mihi videtur uti chiazaspermum a hypococ.

Cochlearia Armoraciae Linn. affinis, ubique in Ucraina crescens, pleraque specimina Germanica, siliculis ellipsoideis, apud nos nunquam maturantibus, praedita sunt. In synopsi vero florum Germanicæ Kochii et ab omnibus auctoribus siliculae globosae dicuntur et talia in icone Reichenbachiana pictae. An duae species hucusque confusae? An forma silicularum variabilis? E contra siliculae C. macrocarpae W. et K. ellipsoideae describuntur, in speciminibus meis immaturae, in formam globosam vergunt.

Cochlearia sisymbrioides DC.? prope urbem Iacutiam cum siliculis maturis lecta a descriptione hujus speciei in multis recedit et videtur ad C. grandifloram DC. pertinere. Mirum est siliculas maturare in regione tam frigida et in temperatioribus ad maturitatem nunquam pervenire.

Matheusia linearifolia M. tota sericeo-cana, pilis stellatis dense oblecta; foliis sessilibus linearibus integerri-

mis aut unidentatis, basi dilatato - auriculatis, margine revolutis, acutiusculis. Caules crassi a basi fere ramosi. E Coquimbo in Chili, Bridges. Species in eadem collectione sub № 1280 (nec 1180), in animadversionibus meis ad primam partem catalogi p. 23 descripta, in nuper acceptis speciminibus nomine m. biennis Bridg. salutata a M. linearifolia jam foliis runcinato-pinnatifidis distincta.

Leptonema Hook. ic. t. 692 non Adr. Juss. nunc *stenonema* in Bth. et Hook t. gen. pl. 1. p. 75 vocata, jam anno 1854 in Bull. Soc. Mosq. sub *dolichostyli* descripta cum nova specie, cujus specimina semina matura ferunt. Propter cotyledones incumbentes ad camelineas retuli, aut quando silicula, non minus longa, quam in pluribus drabis, pro siliqua sumetur, sisymblicis adnumeranda.

Menonvillea ab omnibus auctoribus hucusque ad pleurorhizeas relata, cotyledones habet fere ut in *senebiera*, *stroganowia* aliisque hujus subtribibus, infra medium plicatos, radiculaque dorso cotyledonum incumbente continuos. De hac structura embryonis non suspicans plantam Chilensem, e coll. Bridgesiana sub *Cymatoptera* generice separavi. In duabus speciebus notis *menonvilleae*, linea dorsalis scutorum, medio in gibbum ellipticum elevatur. *Cymatoptera Chilensis* mea (Bull. des Nat. de Moscou 1854)¹⁸⁹ est tertia species *menonvilleae* (*M. media* Turcz.) a prioribus diversa imprimis nervo dorsali scutorum angusto, nullo modo elevato et aequilato; alae undulatae, neque omnino integrae ut in *M. lineari*, neque margine crenulatae ut in *M. filifolia*, folia inferiora pinnatipartita. Quasi media inter utramque.

Sinapis Nutalliana S. glabra caulibus caespitosis subaphyllis; foliis radicalibus pinnatipartitis, basi longe nu-

dis, laciniis linearibus lanceolatisve integris aut dentatis; silliquis breviter stipitatis linearibus, rostro longo 4—5 spermo superatis. Species distinctissima, sectionem propriam (macrorhynchea) formans. Caules simplices ascendentes debiles, omnino nudi aut foliis paucis radicalibus similibus at minoribus instructi. Folia fere barkhausiae tenuifoliae. Flores majusculi. Petala longe unguiculata sepalis duplo longiora, venis reticulatis more erucae picta. Siliquae 1—2 pollicares basi angustatae, horizontaliter patentes. Semina uniserialia generis, cotyledones conduplicati.

Sinapis Ucratica Czern. E collectis nunc melioribus speciminibus, observante amicissimo auctore a *S. dissecta* Lag. non differt.

Cadaba Miqueliana Turcz. (*C. glandulosa* Miqu. non Forsk.) videtur eadem species ac *C. Indica* Lam., fide speciminum cum clis. Hook. f. et Th. communicatorum. Folia non omnino glabra, sed punctis minutis, praesertim in costa exasperata. Magis ad definitionem *C. Indicae* accedit capparidea e Concau Indiae orientalis, in eadem collectione sub № 10 missa. An varietates unius speciei?

Capparis verticillaris (cynophallophora?) *C. arborea* vel fruticosa glaberrima; foliis oppositis per paria in verticillum approximatis, brevissime petiolatis, oblongis, cuneato-obovatis, basi subcordatis, acuminatis, integerrimis; racemis terminalibus multifloris. Foliis approximatis ad *C. flexuosam* Vell. et *C. elegantem* Mait., a me non visas, accedit at petiolis valde abbreviatis ab utroque diversa. Petioli hi vix lineales ab apice ad basin dilatato-inflati nigricantes. Ramentum e squamis truncatis, centrali longiore nigricante, lateralibus brevibus flavidis. Pedunculi uniflori, flore cum staminibus parum brevior-

res. Sepala oblonga vel trapezoidea, acuta vel obtusiuscula, uninervia, petalis plus quam duplo breviora. Stamina circiter 15, toro subgloboso, disco glanduloso suffulto lateraliter inserta, libera. Thecaphorum longitudine staminum. Ovarium oblongum, stigmate sessili. Fructus ignotus. Brasilia, Sellow № 700.

Flacourtia quintuplinervis. F. inermis, foliis brevibus oblongo-ellipticis vel subrotundo-ovatis, crenulatis quintuplinerviis, ad nervos plus minus puberulis, caeterum glabris reticulatis; fasciculis multifloris glomeriformibus; calycibus 4 partitis. Terra Canara, prope Bantwalla, in viciniis urbis Mangalov, coll. Metzii edita a cl. Hohenacker, № 325 sub fl. inermi Roxb.? Nervis ad basin folii approximatis species distinctissima, omnino diversa e speciminibus sub hoc nomine, cum clss. Hookerio fil. et Thomson benevole communicatis atque aliis a Roxburghio et Gardnerio collectis, foliorum forma et floribus congestis. Sub eodem nomine divulgata in coll. Nilagirensi Hohenackeriana sub № 1452, specimina mascula stirpis, antheris magnis filamenta brevissima multo superantibus, ab omnibus flacourtiis discrepantis et vero similiter proprium genus formantis, cujus individua foeminea mihi ignota remanent.

Xylosma (Hisingera) lanceolata X. glabra, foliis breviter petiolatis, utrinque attenuatis, remote dentatis, dentibus glandulosis; floribus masculis fasciculatis, pedunculis basi bracteatis brevioribus. Specimina tantum mascula vidi, in coll. Mexicana Botterii sub № 891. Rami parum flexuosi, multo minus quam in planta sub № 178 ejusdem collectionis, quae forte h. flexuosa Closii, atque in alia specie sub № 1067 missa. H. Salzmanni Clos (mon. in ann. des sc. nat. 4 serie tom. VIII, p. 209)

est mea h. Prockia (nunc *Xylosma Prockia*. junctis *Xylosma* et *Hisingera*) jure prioritatis gaudens, simul cum *flacourtia heterophylla*, postea a Closio fl. rotundifolia nuncupata. *Hisingera grandifolia* e patria est *flacourtiae* species, fl. montanae Grah., fide speciminis fructiferi cum clss. Hooker f. et Thomson communicati affinis, sed diversa.

Xylosma (Hisingera) Panamensis. X. Glabra, inermis, foliis breviter petiolatis, oblongo-ovatis vel oblongo-obovatis obtusis, remote serratis, serraturis ad limbum inflexis incurvis; floribus masculis fasciculatis pedunculis brevioribus. Rami recti simplices. Chagres ad isthmum Panamense, Fendler № 194.

Myriotriche. Novum genus.

Flores hermaphroditi. Calyx 7 partitus, laciniis aestivatione valvatis. Corolla nulla. Stamina plurima, exteriora numerosiora et breviora e filis tenuissimis anantheris constantia, interiora fertilia multiseriata, antheris oblongo-linearibus obtusis bilocularibus: loculis longitudinaliter dehiscentibus. Ovarium ovatum, striis longitudinalibus exaratum, uniloculare, placentis duabus parietalibus crassis multiovulatis. Stylus cylindricus longus, stigma obtusum obsolete lobatum. Fructus ignotus. Frutex foliis oppositis petiolatis, oblongis, acutis, utrinque pube stellata decidua rara vestitis, subtus interdum canescentibus, spicis terminalibus elongatis multifloris, rachis pedunculisque dense stelligeris, floribus majusculis. Genus bixaceum videtur, azarae affine; foliis oppositis in ordine anomalum et fructu ignoto, quo ad ordinem paulo dubium. Differt ab azara staminibus exterioribus

numerosis sterilibus capilliformibus (unde nomen), antheris oblongis, placentisque binis.

Myriotriche spicata. Peru, Mathews № 1204.

Tetracocyne genus meum in app. 1 ad prim. part cat. pl. herb. Univ. Charr. Charkoviae 1857 descriptum, sine dubio cum *ryania* Vahl, ad passifloreas perperam relata, identicum est. Aestivatio calycis in floribus apertis valvata videtur, sed revera laeviter imbricata. Urceolus circa ovarium in stirpibus a me visis plus quam lineam latus, ergo latior ac in patrisia parviflora DC. (de Less. ic. sel. 1. 14). Tetr. puberula comparanda cum *ryania speciosa* Vahl., cujus specimina authentica non vidi; *T. angustifolia* (e Guiana Brit. Rob. Schanh. coll. 1 № 993) videtur nova species *T. angustifolia* dicenda, praeter folia angusta glaberrima pedunculis saepe bifloris distincta. Tertia species memorata verosimiliter etiam nova Quid genus *ryaniae* aff. ad fl. *Urupes* in Brasilia septemtrionali a cl. Spruce lectum, № 2730?

Pineda Lindenii Turcz. ibidem descripta, habitu a *P. incana* R. et P. satis diversa, sed characteres generici floriferi conveniunt.

Viola polypoda (Nominium) *V. acaulis* annua glabra, radicibus fusiformibus; pedunculis radicalibus numerosis (usque ad 40) filiformibus; foliis petiolatis lingulatis, in petiolum longe decurrentibus acutis mucronulatisque integerrimis, pedunculos excedentibus; sepalis oblongis sublinearibus marginulatis; calcare obtuso brevi. Petala in sicco videntur alba, imberbia. Stigma obconicum, in semicirculum expansum, latere rostratum. Capsula glabra. Folia fere *V. asterias*, sed glabra. In Coquimbo Chili, Bridges coll. № 1386.

Viola Nilagirica (Nominium) V. acaulis annua glabra, radicibus fusiformibus; pedunculis radicalibus 3—6 angulatis filiformibus folio brevioribus; foliis oblongo-lanceolatis remote et subtiliter crenatis obtusiusculis in petiolum attenuatis; floribus apetalis; calycibus linearibus acutis. Specimina plurima adsunt fructifera cum floribus nonnullis apetalis, probabiliter serotinis, uti in plerisque congeneribus non raro observatur. Semina in placentis 5—6 obovato-rotunda albido-punctata, quasi lepidota. In montibus Nilagiricis, Perrotet № 56.

Jonidium elatum. J. fruticosum ramosum, caule superne angulato inter angulos pubescente; ramis adscendentibus alongatis ad medium denudatis; foliis alternis oblongo-lanceolatis, utrinque attenuatis, a medio minute et argute serratis integerrimisque glabriusculis; pedunculis axillaribus solitariis unifloris foliis paulo brevioribus; sepalis lanceolatis hyalinis; labello longe unguiculato, ungue sepala et reliqua petala excedente, obovato, obtuso, apice crenulato; antheris subsessilibus, superioribus duabus dorso pubescentibus Specimina absque radice bipedalia, petala pallide coerulea. Mexico, Ghisbreght № 47.

Jonidium Botteri. J. caule a basi ramoso, ramisque incano pubescentibus, brevibus aut elongatis basi nudis; foliis alternis breviter petiolatis, inaequaliter serratis acuminatis glabris; floribus ad apicem caulis ramorumque congestis, brevissime pedicellatis, adjectis interdum uno vel duobus inferioribus axillaribus, longius pedicellatis; petalis aequalibus, sepalis subulatis acuminatis duplo brevioribus, demum excrescentibus et sepala superantibus; antheris ad basin connectivi sitis. Flores inferiores pedunculos superant, superiores fere sessiles. Petala ad

maturitatem seminum persistunt et tum labellum excre-
scit in appendicem linearem, apice laeviter emargina-
tum et calyce longiorem. Filamenta nulla aut si mavis
connectiva sessilia in membranam ovatam ultra anthe-
ram producta, approximata sed non coalita. Species bre-
vitate petalorum in statu florente a congeneribus rece-
dit, sed mediante *Jon. atropurpureo* St. Hil. cum illis
jungitur. Semina globosa alba, dein atra. In Orizaba
Mexici, Botteri coll. sin. num.

Jonidium Balbisii. J. caule basi ramoso, ramisque lae-
viter puberulis; foliis breviter petiolatis lanceolatis acu-
minatis glabris, integerrimis vel versus apicem obsolete
crenatis; floribus axillaribus terminalibusque paucis ae-
qualiter pedunculatis; petalis aequalibus, sepalis acumi-
natis duplo brevioribus, post anthesin non excrescenti-
bus; antheris terminalibus parvis. Sta Martha e coll.
Balbisiana sub solea ipecacuanha Spr.

Alsodeja (*Conohoria* Riana Aubl. sec. Steud. in Hostm.
et Kappl. pl. Surin. № 1126) folia oblonga vel lanceo-
lata, neque ovata habet, integerrima aut vix serrulata,
saltem in meis speciminibus, sepala acuta longitudinali-
ter striata, flores glabros, petala oblonga obtusa calyce
duplo majora, filamenta brevissima esquamata. Vix spe-
cies Aubletiana. Magis ad definitionem accedunt speci-
mina e Cayenna a cl. Martin lecta.

Alsodeja Martini (*Conohoria*) A. foliis oppositis rhom-
beo-ovatis, basi in petiolum brevissimum attenuatis, api-
ce in acumen longum productis serrulatis glabris; petio-
lis racemisque axillaribus folio duplo brevioribus dense
pubescentibus; petalis in acumen obtusum subcontortum
attenuatis, sepala sesquies superantibus; filamentis bre-

vissimis liberis, apice in squamulam obtusam dorso antherarum (aut potius squamae majori) adpressam expansis. Folia latiora evidentius serrata et longius acuminata ac in praecedente, flores majores pubescentes nec glabriusculi, sepala striata, striis pube occultatis, antherae multisetae squama majori demissius inserta. Cum priore.

Alsodeja albicaulis (Eualsodeja) A. glabra foliis membranaceis oppositis subsessilibus lanceolatis acuminatis argute serratis; racemis multifloris foliis paulo brevioribus; petalis apice contortis sepala duplo superantibus; staminibus in urceolum concretis. Frutex cortice albo obductus, caule ramisque teretibus, his viridibus. Bolivia ad Chiquitos, d'Orbigny № 987.

Alsodeja Caledonica (Eualsodeja) A. glabra foliis alternis petiolatis cuneato lanceolatis mucronulatis, a medio grosse dentatis coriaceis, dentibus mucrone terminatis; racemis subsessilibus aut breviter pedunculatis paucifloris; petalis obtusis; antherarum appendiculis subexsertis. Frutex cortice cinereo. Nova Caledonia, Viellard coll. № 849.

Alsodeja brachypetala. A. glabra, foliis alternis petiolatis obovato-oblongis acuminatis basi obtusis serrulatis glabris; racemis terminalibus foliis multo brevioribus, e fasciculis florum subsessiliis formatis; sepalis convexis obtusis crassis dorso pubescentibus, petala subrotunda superantibus; antheris sessilibus bimucronatis, squama adnatis. Antheris omnino sessilibus, sepalis petalisque incrassatis ab omnibus distinctissima et forsitan cognito fructu in genus proprium separanda. E herbario beati Rob. Brownii, in Africa tropica ad fl. Congo decerpta a collectore mihi ignoto.

Alsodeja Horsfeldii. A. foliis alternis petiolatis oblongo-obovatis acuminatis, basi parum attenuatis glabris, ad costam subtus puberulis; pedunculis axillaribus petiolo brevioribus aut parum longioribus, saepe a basi ramosis multifloris; petalis ovato-lanceolatis dorso hirtellis, sepala duplo superantibus; filamentis brevissimis, intus disci obsolete denticulati affixis. Antherarum appendices ovato-triangulares loculorum fere longitudine Java, Horsfield.

Pentalobae corylifolia, fasciculata et semigrata Turcz., genere hoc cum alsodeia coadunato, species homonymae alsodeiae nominabuntur.

Agatii species unica mihi nota (A. Viellardi Ad. Brong. in Viellard coll. Novo. Caledonica № 110) fructibus indehiscentibus praedita.

Comesperma e van Diemen Land, Fraser № 65 ex unico specimine convoluto mihi notum, Com. volubili simillimum, sed propter defectum foliorum in caule ramisque atque flores paulo minores forte distinctum. E melioribus determinandum.

Securidaea Martiana. S. caule erecto pubescente ramisque strictis; foliis breviter petiolatis ovatis, basi obtusis, apice in acumen breve obtusum subemarginatum attenuatis, integerrimis, supra nitidis glabris, subtus pallidioribus tenuiter puberulis; racemis terminalibus longitudine foliorum simplicibus; floribus pedicellatis; alis obovatis ciliolatis. Accepi e herbario celeb. Martii sub nomine S. scandentis Mart., sed jam adest alia S. scandens Hamiltonii. Huc verosimiliter pertinent specimina collectionis Spruceanae, sub № 2343 distributa, prope San Gabriel de Cachöcira ad Rio Negro Brasiliae cre-

scientia et racemis laxioribus folia superantibus tantummodo discrepantiae.

Securidaca macrostachya. S. caule ramoso pubescente, ramis elongatis. inferioribus ramulosis; foliis petiolatis basi obtusis, apice breviter obtuseque acuminatis, glabris aut subtus (ad lentem) puberulis; racemis folio triplo longioribus in paniculam terminalem collectis; floribus pedicellatis; alis obovatis ciliolatis. Insula St. Vincentii, Calcy.

Securidaca flexuosa. S. ramis flexuosis pubescentibus; foliis petiolatis lanceolatis acuminatis, basi acutis, integerrimis, supra glabris nitidis, subtus praesertim ad nervos pubescentibus; racemis compositis in paniculam terminalem collectis; floribus subsessilibus; alis obovatis ciliolatis et medio pilosulis; petalis inferioribus interne villosis. In Brasilia loco dicto Gongo Capo Lya collectore, cujus nomen, ni fallor, Hoher.

Trigonía Schottiana. T. caule, ramis numerosis subpyramidato; foliis elliptico-lanceolatis acuminatis, basi parum angustatis, integerrimis, supra glabris punctatis, subtus pubescentibus cinereis; paniculis terminalibus pubescentibus; floribus pedicellum bracteatum subaequantibus; petalis oblongis sepala pubescentia vix duplo superantibus. T. parviflora Schott. in schedula nec Benth. A T. parviflora Bth. distinctissima dispositione ramorum, paniculis multo brevioribus, foliis minoribus subtus dense pubescentibus et floribus etiamsi parvis, tamen majoribus. Rio janeiro, fort St. jozo, Guillemín N° 654.

Pronaya pedunculosa. P. volubilis glabra, foliis sessilibus oblongo-lanceolatis (bipollicaribus) acuminatis, mar-

gine revolutis, integerrimis (junioribus convolutis); pedunculis folia multoties superantibus; petalis longe unguiculatis lanceolato-ellipticis acuminatis sepalis duplo vel triplo longioribus; ovario glabro. Corymbi terminales compositi, pedunculis, pedicellis calycibusque dorso pubescentibus. Sepala acuminata ciliata, petala in sicco videntur alba. Antherae oblongae obtusae, breviores ut in pr. elegante, basi late emarginatae. Ad fl. cygnorum in Nova Hollandia, Drumond coll. 1839, numero non designato.

Pronaya Mülleriana. P. volubilis, adulta glabra; foliis sessilibus utrinque valde attenuatis, integerrimis, junioribus subtus puberulis, adultis margine tantum parce ciliatis; pedunculis terminalibus et interdum lateralibus oppositifoliis corymbosis paucifloris; pedicellis longitudine floris, petalis longe unguiculatis mucronulatis, sepala acuminata pubescentia triplo superantibus; ovario glabriusculo. Petala alba, antherae ut in praecedente. Ovario in statu florente glabriuscula apparent, petalis delapsis pube tenuissima sericea vestiuntur. Billardiera discolor F. Müll. suadente cl. Steetzio in schedula (at folia fere concolora). In Australasia prope port Adelaide, circa Macclesfield legit cl. Blondowsky sub № 58.

Sub № 22 coll. Drumondiae 1839 habeo specimen unicum novae speciei Cheirantherae, quae a ch. lineari All. Cann. caule compresso et foliis longioribus distinguitur.

Oncosporum? cuneatum. O. caule erecto ramoso pubescente; foliis breviter petiolatis cuneatis acutiusculis integerrimis, margine revolutis, supra tenuiter puberulis viridibus, subtus albis lepidotis; racemis oppositifoliis;

petalis oblongis utrinque attenuatis striatis, calyce duplo longioribus; ovario capsulaque immatura stylo mucronatis, stipite crasso patellaeformi ipsis latioribus insidentibus. Propter formam peculiarem stipitis ovarium sustentis et placentas sese non attingentes, proprii videtur generis. Capsula junior unilocularis bivalvis, placentis ad suturas utrinque duabus, ovulis numerosis in quave. Filamenta recta. Habitus proprius. Ad fl. cygnorum Drumond coll. VII. № 92. Si novum genus, *Cyathomiscus* dicendum.

Oncospora e stirpibus mihi notis facile a *Marianthis* distinguuntur capsula globosa compressa, utrinque ad suturas sulco profundo exarata subdidyma. Suadentibus vero clss. Bth. et Hook. f, qui caeterum unicam speciem tantum noverunt genera memorata in unicum jungenda.

Pittosporum Fortunei P. foliis cuneato-oblongis in petiolum brevissimum complanato-dilatatum attenuatis, acuminatis, integerrimis, tempore florendi ad apices ramorum confertis (inferioribus jam delapsis); corymbis terminalibus subsessilibus; petalis spathulatis, basi forsan conjunctis, sepala ovata pluries excedentibus. China borealis, Fortune № 126 A. Sepala, petala et genitalia omnino pittospori sed corolla in floribus vix apertis gamopetala videtur.

Malva scorpioides (Eumalva) M. annua, caule simplici puberulo; foliis petiolatis, inferioribus 3—5 lobis, superioribus palmati 3—5 partitis, lobis irregulariter incisodentatis, praeter petiolos pilosos glabris; latiusculis dimidiato-ovatis; pedunculis axillaribus solitariis racemosis, subscorpioideis folia aequantibus vel parum excedentibus; corollis vix calycem superantibus; involucellis linea-

ribus calycibusque pilosis; carpellis tuberculato - rugosis muticis. Peru, Mathews № 1006.

Malva Mathewsii. (Eumalva). M herbacea ramosa, pilis stellatis simplicibusque tecta; foliis petiolatis rhombo-ovatis obtusis, laeviter 3—5 lobis, inaequaliter dentatis; stipulis lineari-oblongis parvis; racemis axillaribus terminalibusque paucifloris congestis, folium aequantibus vel parum superantibus; corollis vix calycem excedentibus; carpellis utrinque tuberculis duobus grossis munitis glabris; involuclis linearibus calycibusque pilosis. Peru, in planitiibus Limae, Mathews № 402.

— *Pavonia brachypoda* (Typhalea). P. fruticosa viridis, caule tereti pilis brevibus stellatis tecto; foliis inferioribus longe, superioribus breviter petiolatis, obovato-oblongis, acuminatis, basi angustatis, grosse et inaequaliter serrato-dentatis, pellucido-punctatis, utrinque stelligeris, subtus pallidioribus; pedunculis in apice caulis axillaribus foliis triplo et quadruplo brevioribus, petiolum superantibus capituliferis; involucrio profunde 5 fido. P. Typhaliae habitu affinis, recedit pedunculis abbreviatis, folia ad lucem maculis pellucidis notata, serraturis profundioribus et valde inaequalibus. Jamaica e coll. cl. Grahamii, prope St. Marys lecta.

Arcynospermum non est genus malvaceum, nam antherae non sunt uniloculares, uti perperam dixi, sed biloculares. Flores forte polygami, nam in floribus ovario maturante donatis columnam stamineam non invenio, si haec columna ovarium obvolvitur, ovarium multo tenuius est. Antherae ad apicem columnae in series duas dispositae, valde caducae, globoso-tetragonae, filis brevissimis capillaribus insidentibus. Cum nulla e tribuum Sterculiacearum (Büttneriacearum) a clss. Bth. et Hook.

f. rite congruit, sterculieis forsitan ob flores polygamos adnumerandum. Graviore adhuc errore commisi in descriptione *Peltostegiae parviflorae* quae verosimiliter est species *Kosteletzkiae*; in speciminibus meis fructiferis nec stamina nec corollam amplius invenio, et forte haec organa descripsi e floribus delapsis aut corruptis aut ad longe aliam plantam pertinentes, atque semina etiam valde macerata aut corrupta examinavi, nam revera sunt ad angulum internum acuta, extus convexa, carpellis conformia.

Urena viminea prope Rio Janeiro lecta et in coll. Miersiana sub № 1678 servata, foliis cordatis gaudens non est planta Cavanillesiana, quae secundum DC. prodr. 1. p. 422 habet folia subrhombea. Specimen Miersianum fructiferum videtur potius ad cl. lobatam spectare.

Cristaria grandiflora. C. annua a basi in ramos simplices divisa, viridis, versus apicem pilis simplicibus ramosisve tecta; foliis longe petiolatis inferioribus late ovatis inciso-lobatis, superioribus cordatis subpalmatis 3—5 lobis, lobis inciso-dentatis, acutiusculis vel subobtusis; pedunculis elongatis in apice ramorum paniculam formantibus bracteatis; petalis calycem triplo superantibus. Flores coerulei, in genere maximi, althaeae officialis magnitudine. Chili, Coquimbo, Bridges № 1308.

Cristaria obtusiloba. C. annua, a basi ramosa, ramis divaricatis simplicibus vel subdivisis, subcanescens, pilis simplicibus vel subramosis tecta; foliis longe petiolatis circumscriptione ovatis vel subcordatis, profunde trilobis, lobis inciso-dentatis obtusissimis, medio plerumque longiore; pedunculis elongatis ad apices ramorum paniculam formantibus, minute bracteatis; corollis (albis) calycem vix superantibus. Habitat in Peruvia, Mathews

№ 1008. Simillima huic specimina Dombeyana, in Peru aut Chili collecta, at caulibus per totam longitudinem ramos elongatos, iterum ramificantes emittentibus recedentia, probabiliter varietatem elatiorem hujus speciei sistunt.

Cristaria lata. C. herbacea viridis caule elongato (2—3 pedali) glabro, basi nudiusculo et nonnisi ad exortum ramorum foliis instructo, per totam longitudinem ramoso; foliis sessilibus palmatim bipinnatifidis; pedunculis ad apices ramorum paniculatis; corollis (coeruleis) calycem stellato-patentem duplo superantibus. Chili, Coquimbo, Bridges № 1307.

Sida Mathewsii. S. fruticosa ramosa viridis puberula; foliis breviter petiolatis (parvis) ovatis obtusis, basi rotundatis vel subcordatis, inaequaliter serratis, supra glabriusculis, subtus ad nervos pubescentibus; racemis axillaribus folio longioribus; petalis calycem duplo excedentibus; carpellis birostratis. Rami tenues elongati in inferiore caulis parte. Folia magnitudine sidae veronicaefolia. Pedunculi basi longe nudi, pedicelli ad apicem pedunculi conferti 6—9. Flores in sicco aurei. Peru, Mathews № 913.

Sida pannosa. S. fruticosa ramosa tomentosa canescens, superne pilis patentibus hispida; foliis longe petiolatis cordatis acuminatis, integerrimis aut obsolete crenulatis, interdum subtrilobis; pedunculis axillaribus unifloris folii longitudine, sub apice articulatis; carpellis 5—7 muticis. In Jamaica, collectore mihi ignoto atque in Cuba a cl. Ramon de la Sagra lecta. Petala cuneata flava calyce duplo majora.

Sida Schmitzii. S. fruticosa ramosa, pilis stellatis vestita; foliis petiolatis cordatis trilobis, lobis grosse et
№ 2. 1863.

inaequaliter crenatis, terminali majore, utrinque stellato-tomentosis, subtus pallidioribus canescentibus; pedunculis axillaribus ternis, duobus unifloris, tertio 4—5 floro; carpellis 10—12 laevibus muticis. In valle Mexico legit cl. Schmite.

Sidalcea triloba. *S.* fruticosa ramosa, pilis stellatis dense vestita; foliis petiolatis cordatis trilobis 7 nerviis, utrinque stellato-tomentosis, subtus pallidioribus subincanis, grosse et inaequaliter serratis, lobis acutis, terminali longiore et longius acuminato; pedunculis axillaribus trifloris. Flores magnitudine *S. malvaeflorae* violaceae, phalanges staminum exteriores sub 7 antherae. Ovaria oblonga stellato-tomentosa. Stigmata numerosa complanata nigricantia. Chili, Bridges № 722.

Sidalcea Peruviana. *S.* annua multicaulis, viridis, pilis patentibus simplicibus stellatisque hispida; caulibus decumbentibus, medio a basi fere folioso, caeteris supra medium nudis; foliis laeviter cordatis inciso-lobatis; pedunculis axillaribus unifloris folio longioribus; petalis obcordatis violaceis, basi unguiculatis cuneatis, unguibus dense et longe ciliatis, calycis lacinias basi auriculatas subcordatas duplo vel triplo superantibus. Peru, Mathews № 912. Specimen Dombeyanum e Chili aut Peru forsitan ad eandem speciem pertinet, sed differt caulibus plerumque ad pedunculos radicales reductis, foliisque basi truncatis.

Sidalcea nodosa. Fruticosa? ramosa, tomentoso-stellata incana, ramis basi nudis, ad apicem nodosis, nodis e foliis pedunculisque unifloris in verticillum congestis formatis; foliis cordatis obsolete lobatis obtusis, inaequaliter crenatis, subtus rugosis; calycis laciniis basi auriculatis subcordatis; unguibus petalorum ciliatis. Habitus

peculiaris. Peru, Mathews № 1010 et eadem in insula St. Lorenzo a cl. d'Orbigny decerpta. Flores ut in congeneribus violaceis.

Nototriche. Novum genus.

Calyx exinvolucratus 5 fidus. Petala 5 unguibus cohaerentia. Stamina numerosa in columnam cylindricam concreta, apice in filamenta brevia filiformia monanthera expansa, antheris unilocularibus. Stigmata apice clavulata. Carpella capsularia reniformia, circa axim verticillata, dorso pilis densis ipsa superantibus vestita, monosperma. Semina carpellis conformia. Genus sidae proximum, sed carpellorum vestitu distinctum atque habitu peculiari gaudens. Herbae acaules humiles, pedunculis radicalibus unifloris, saepius cum petiolo compresso complanato connatis, basi bracteis duabus lineari-setaceis fultis, floribus violaceis, radice crassa carnosa. Species omnes e Bolivia ortae et in collectione cl. Alcide d'Orbigny servatae.

a) Ad collum praesertim villosissimae, floribus in medio petioli insidentibus, foliis bipinnatifidis.

1. *N. cheilanthifolia*. N. foliis circumscriptione oblongis bipinnatifidis, utrinque viridibus, piliferis. Potosi № 1354. Sida anthemidifolia Remy in Ann. des sc. Nat. series VI p. 356, huic videtur proxima et certe congener, at petalis obcordatis diversa.

2. *N. discolor*. N. foliis circumscriptione oblongis aut ovatis bipinnatifidis subtus canescentibus piliferis, petalis oblongis. Priori minor, villis ad basin densioribus vestita. Carpella matura, in hac specie solummodo nota, apice denticulis duobus minutis praedita, per totum dor-

sum villis densissimis, ipsis carpellis duplo longioribus vestita Potosi et Oruro № 1357.

3. *N. incana*. *N.* foliis circumscriptione cordatis palmato-3-annatifidis, utrinque molliter incanis; petalis oblongis. Folioli magis elongati, foliorum ramificationes primae ex eodem puncto ortae, laciniae ultimae breviores rotundatae. Potosi, № 1353.

b) *Glabriusculae*, pedunculis liberis, foliis ad medium tantum inciso-lobatis.

4. *N. incisa*. *N.* lobis foliorum 3—4 dentatis, petalis obovatis. Potosi et Oruro № 1355.

Helicteres (Oudemansia) e Philipp. Cuming № 733 et e Singapore Lobb № 475 a specimine Blumeano *O. hirsutae* non differunt nisi foliis latioribus, hinc inde obscure trilobis. An varietas?

Büttneria Caledonica. *B.* inermis foliis petiolatis oblongis, basi obliquis cordatis sub 7 nerviis serratis, serraturis eglandulosis, supra viridibus, rare stelligeris, stellarum radiis elongatis, subtus dense stellato-tomentosis vel gryseis; racemis axillaribus solitariis vel geminis inaequalibus ramosissimis, petiolum duplo superantibus; petalorum appendicibus linearibus petala multoties excedentibus; capsulis setis mollibus vestitis. *B. hypoleucae* valde affinis, sed huic folia breviora, supra dense punctata, punctis ad lentem fortiolem in stellas vix manifestas expansas, id est e radiis brevissimis formatas, in nostra vero stellae raras radiis elongatis gaudent. Fructus *B. hypoleucae* mihi ignotus, forsitan notas characteristicas meliores praebere potest. Nova Caledonia, Balada, Kameli et caet. Vieillard № 311. Arborea dicitur.

Büttneria Peruviana. B. aculeata, ramis tenuiter puberulis flexuosis (forte volubilibus); foliis petiolatis ovatis subcordatis 5 nerviis integerrimis, obtuse acuminatis, supra glabris punctulatis, subtus ad basin nervorum pilis raris munitis, ad nervum medium glandulam oblongam depressam gerentibus; pedunculis axillaribus fasciculatis brevissimis umbellatis paucifloris pedicellos vix excedentibus; appendicibus petalorum apice parum dilatatis. B. brevipes Bth. huic videtur proxima at racemis geminis nec pluribus recedit, praeterea appendices petalorum in nostra apice parum dilatantur neque in clavulam ovato-oblongam incrassantur. Peru, Mathews № 1652.

Büttneria Nepalensis mea a B. grandifolia DC. distinguitur petalorum appendicis mucrone longissimo nec brevi. Büttneria e Brasilia, Sellow № 1078, videtur esse B. catalpaefolia Jacq., quantum e descriptione ejus brevissima judicare possum.

Diuroglossum rufescens Turcz. est Guazumae tomentosae forma foliis rugosioribus.

Cybiostigma revera nullo caractere ab *Ayenia* differt C. sidaefolium, proximum *Ayeniae sidaefoliae* Loefft sed diversa videtur pedunculis longioribus et calycis laciniis coloratis e basi ovata anguste lanceolatis, longe acuminatis, nec late ovatis brevibus acutis virentibus, ne confundatur Ay. Mexicana dicenda. Altera species quae nunc crit Ay. abatilifolia species etiam nova.

Achilleopsis densiflora. Cohesionem staminum, etiam laevissimam, in multis floribus a me denuo examinatis perspicere non potui; habitus peculiaris stirpis suadet separationem a *rulingiis*. *Asterochiton* forma styli, uti

corethrostylis Endl. distincta meo sensu videntur a lasiopetalis, habitus in omnibus lasiopetaleis fere conformis et si vis in omnibus generibus varians. Actinostigma staminibus fertilibus 10, a seringia, cui proxima et ab omnibus lasiopetaleis recedit. Physocodonem separavi non tantum ob calycem inflatum, sed etiam ob petala inter se et a tubo stamineo libera atque ovarii loculos biorulatos.

Rulingia? pauciflora. R.? foliis breviter petiolatis, subrotundo-ovatis, basi oblique cordatis, inaequaliter dentatis, supra stellulis raris conspersis, subtus dense tomentosis incanis; pedunculis in axillis superioribus terminalibusque paucifloris; filamentis sterilibus 5 petaloideis, totidemque fertilibus trifidis, divisione media antheram perfectam, externis antheras cassas gerentibus. Caeteri characteres floriferi ut in congeneribus. An genus proprium ex unica specie, cujus specimina pauca vidi creandum? an potius sectio trichelandra dicenda? In nonnullis aliis speciebus rulingiae v. gr. in *R. pulchella* et cuneata, urceolus staminifer a typo generico etiam recedit, nam inter filamenta sterilia petaliformia, duo filiformia adsunt, unicum anantherum, alterum antheriferum. — Crescit ad fl. Cygnorum Novae Hollandiae et invenitur in coll. VII Drumondii sub № 99. — *R. hexamera* variat interdum floribus 5 meris.

Melochia hirsuta. *M.* herbacea ramosa, tota stellulis longe radiantibus rufescentibus hirsuta; foliis petiolatis oblongo-cordatis acutiusculis subduplicato-serratis, utrinque stelligeris; pedunculis axillaribus 2—3, petiolo ultra et duplo brevioribus. Peru, Mathews № 1552.

Riedleja Borbonica e Pondichery Perrotet № 57 a specimine Portoricensi Balbisiano et altero e Jamaica orto

Melochiae nodiflorae non diversa nisi caulibus plerumque, non tamen semper ramosis. Huic proxima sunt specimina ex eadem collectione Pondicheryana sub № 69 distributa, caule per totam longitudinem ramoso, ramis numerosis plerisque ramulosis, foliis triplo minoribus, inferioribus cordatis, superioribus ovato-lanceolatis lanceolatisve, atque laciniis calycinis linearibus tubo suo duplo longioribus. R ramosissima nominanda.

Waltheria longiramea. W. herbacea in ramos elongatos patentes aut divergentes divisa, pubescens, foliis petiolatis cordatis obtusis, inaequaliter crenatis, utrinque tomentosis, junioribus subtus incanis; capitulis axillaribus solitariis pedunculatis, pedunculis abbreviatis aut petiolum adaequantibus; bracteis oblongo-lanceolatis; staminibus basi in tubum, parte libera filamentorum brevioris concretis. Pondichery, Perrotet № 70.

— *Waltheria Surinamensis*. W. fruticosa tomentoso-incana foliis longiuscule petiolatis, sinu profundo cordatis, ovato-oblongis acutiusculis, inaequaliter serratis, utrinque incanis; pedunculis axillaribus solitariis capitula 1—2 gerentibus, foliis brevioribus; bracteis utrinque attenuatis angustis subsetaceis; staminibus in tubum usque ad antheras concretis. Surinam, Kappler № 1859. W. paniculata Bth. distinguitur a nostra capitulis in pedunculo pluribus saepe scorpioideis, foliis basi rotundatis aut subcordatis, bracteisque basi dilatatis.

Waltheria Boliviensis. W. sericeo-incana, foliis brevissime petiolatis ovatis obtusis, basi subcordatis inaequaliter serratis, supra viridibus punctis stellatis hirtis, subtus dense stelligeris sericeis; pedunculis terminalibus subternis angulato-striatis capituliferis; staminibus basi

in tubum parte libera filamentorum brevioris concretis.
Bolivia, prope Chiquitos, d'Orbigny № 920.

Pterocoellion. Novum genus.

Calyx irregulariter rumpens sub 5 dentatus. Petala 5 linearia. Stamina 20—25 ima basi in anulum concreta, supra in phalanges quinque 4 — 5 antheriferas coalita. Antherae parvae biloculares. Ovarium 10 angulatum 10 locale. Styli 5 in unicum coadunati. Capsula 10 locularis, loculis interne ad angulum centralem apertis, extus alaeformibus. Semina in quoque loculo bina, angulo centrali affixa obovata aptera. Frutex seu arbor ramis glabris, foliis ovatis aut late ellipticis 3 nerviis integerrimis glabris, subtus in axillis nervorum venarumque barbulatis, inflorescentia corymboso-paniculata, pedunculis, pedicellis, bracteis, calycibus atque loculis carpellorum stellato-tomentosis, bracteis linearibus ad basin ultimorum corymborum, petalis linearibus glabris, in sicco atropurpureis, calyce parum longioribus. Genus e tribu dombeaeorum calyce irregulari ab omnibus recedens, loculis carpellorum in alas expansis insigne, unde et nomen.

Pterocoellion Javanicum. In Java legit cl. Horsfield. Specimina mea antheras, magna ex parte, jam delapsas habent, sed propter filamenta omnia aequalia filiformia, antheras hinc inde adhuc gerentia, omnia videntur fertilia.

Genera Brotera Cav. et Vialia Vis. inter se vix distincta a Melhania non differunt, nisi petalis nunquam expansis et vix separanda, nam in pluribus Melhaniis petala etiam in calyptram convoluta sunt et simul secedunt.

Szegléewia involucrata est vera pterospermi species, habitu stirpis Indicae, (Malabar, Concan et caet.) cum clss. Hook. f. et Th. benevole communicatae et dubitanter pro pt. Heyneano determinatae, quae tamen discrepat foliis majoribus, abrupte nec aequaliter acuminate, involucri foliolis basi coadunatis, staminum columna appendiculisque antherarum longioribus, ipsis antheris vero brevioribus Ovarium in planta nostra non semper 4 locale, at in plerisque floribus 5 locale. In posterum pter. *Szegléewia* nominanda.

Leptonychia e consistentia petalorum, non obstante filamentorum coalitione a clss. Bth. et Hook. f., forte non immerito ad tiliaceas relata, sed in specie unica a me visa, filamenta exteriora, cujusve phalangidis, neque interiora sunt fertilia.

Tiliacea e Java Zoll. № 2747 et Horsfield № 168 (fragm. vidi) cum definitione Schouteniae Korth. Scil. actinophorae Wall. in multis congruit, sed ovarium 6-locale 6 ovulatum, nec 4—5 locale, loculis biovulatis. Dissepimenta tenuissima. An altera species hujus generis? an genus proprium? Tiliacea e Surinam, Hostm. № 739 a videtur genus indscriptum cum prockia numero sepalorum et petalorum comenicus sed habitu clusiaceo et praesertim structura ovarii recedens.

Heliocarpus oblongifolius. H caule fruticoso glabro ramoso; foliis petiolatis ovato-oblongis acuminatis, inaequaliter crenatis, quintuplinerviis, utrinque pube brevi et raea stellata vestitis viridibus; pedunculis axillaribus unifloris petiolum parum excedentibus. Brasilia, loco et collectore mihi ignotis. Species distinctissima forma foliorum et inflorescentia. Semina in uno loculorum interdum solitaria, in altero gemina.

Corchorus sloaneoides All. Cunn. e Nova Zeelandia, № 107. propter fructus globosos, echinis duris armatos 6—7 locales est species enteleae, *C. sloaneoides* nominanda. Foliis breviter lobatis nec palmatilobis ab *C. australi* A. Rich., mihi ignota, distinguenda.

Triumfetta e Nova Zeelandia, Ev. Home № 70. Specimen unicum *T. Galeottianae* in omnibus simile et tantummodo calycibus duplo majoribus diversum.

Triumfetta quinqueloba (Lappula) T. foliis petiolatis, basi subcordatis, profunde 5 lobis, lobis acuminatis aequalibus, inaequaliter serratis: serraturis plerisque glandulosis, subtus dense stelligeris; racemis compositis, inferioribus elongatis, e verticillis formatis; floribus parvis apetalis. staminibus 10. Peru, Mathews № 1625.

Triumfetta bicornuta (Barthramia). T. glabriuscula aut petiolis superioribus et inflorescentia puberulis; foliis longiuscule petiolatis ovato vel elliptico-lanceolatis acuminatis inaequaliter serratis: serraturis duabus inferioribus majoribus divergentibus et in longum filum desinentibus; pedunculis oppositifoliis subternis unifloris brevissimis; sepalis lanceolatis puberulis petala parum superantibus; staminibus numerosis; fructibus. Inter plantas Javanicas Labillardieri. Species etiamsi in statu juniore nota, tamen distinctissima.

Triumfetta calycina (Barthramia). T. foliis longiuscule petiolatis ovatis, superioribus ovato-oblongis acuminatis, sinu profundo cordatis, inaequaliter serratis, inferioribus trilobis, supra pube ramosa scabris, subtus dense stellato-tomentosis; pedunculis oppositifoliis 1—3 subtrifloris; calycibus dense stellatis lineari-elongatis dorso cornigeris, petala parum superantibus; staminibus 15—16; fruc-

tuum echinis glabriusculis. Peru, Mathews № 889, invenitur etiam in collectione Dombeyana. Stipulae falcatæ. Calyces in alabastro concreta videntur in tubum 5 dentatum, in flore aperto in sepala linearia regulariter divisa. Species *T. speciosae* Sam. (macrocalyce Turcz.) proxima, differt foliis profunde cordatis, petalis ratione calycis multo longioribus, echinis glabris et caet. An *T. acuminata* H. B. K.? Sed folia profunde cordata et pedunculi floriferi non axillis foliorum positi.

Columbia gamosepala. *C. fruticosa* vel arborea glabriuscula, foliis magnis longe petiolatis ovatis, obtusis, vel in acumen breve subito abeuntibus, basi cordatis integerrimis vel obsolete lobatis septemnerviis; racemis axillaribus atque panícula ramosa terminali, iolia superante; calycibus ad medium concretis stellato-tomentosis; petalis basi esquamatis. Folia subtus glauca, ad nervos venasque majores pube brevissima oblecta, caeterum glabra. Sepalis concretis et petalis esquamatis in genere anomala, forma petalorum, staminum, styli, atque structura ovarii congruens, fructu ignoto tamen dubia. Specimina Wallichiana e horto Calcuttensi.

Endosteira. Novum genus.

Calyx ad medium 4, rarissime 5 fidus, laciniis crassis, aestivatione valvata. Petala totidem membranacea, divisionibus calycis alterna et parum breviora. Stamina numerosa, exteriora fertilia uniserialia, ternatim petalis opposita, filamentis glabris, antheris oblongis bilocularibus, longitudinaliter dehiscentibus, interiora sterilia bitriserialia, lineari-setacea, incano-pubera, omnia cum petalis disco annulari inserta. Ovarium disco immersum,

triloculare, ovulis in loculis geminis, ex apice ovarii pendentibus. Stylus columnaris. Stigma parvum obtusum. Fructus ignotus. Arbor seu frutex glabriusculus, ramosus, cortice griseo-nigricante, foliis oppositis brevissime petiolatis, utrinque acutis penninerviis, integerrimis, pedunculis axillaribus fasciculatis 2—4 unifloris, vix petiolum excedentibus, floribus parvis, staminibusque in flore aperto cito deciduis. Genus ad tribum Broconto wearum Btt. et Hook. f. pertinens.

Endosteira oppositifolia. Insula Sti. Vincentii, Caley.

Vallea Schlimii. V. glabra, foliis alternis petiolatis cordatis acutis, subtus glaucis, in axillis nervorum et venarum dense barbatis, marginatis, integerrimis; corymbis axillaribus et terminalibus, bracteatis, dichotomis, cum flore solitario pedicellato e dichotomia; petalis calyce brevioribus. Bracteae ad exortum ramorum corymbi cordato-amplexicaules. Flores e schedulis intense rubri, duplo minores ac in V. stipulari, petala calyce breviora, nec duplo longiora. Folia fere V. stipularis, at minora. Sierra Nevada, alt. 11000 ped. in provincia Rio Hacho Novae Grenadae. Schlim № 816.

Tricuspidaria hexapetala. T. calycis dense pubescentes tripartiti lobis emarginatis, petalis 6; foliis oblongo vel obovato-lanceolatis, a medio ad apicem cuspidato-serratis. Structura calycis convenit cum Tr. lanceolata Miq. at diversa foliis brevioribus et latioribus, floribus majoribus hexapetalis et calyce pube densiore vestito. T. dependens, mihi ignota, e definitione generica calycem 5 dentatum habet. Pedunculi in nostra, praesertim inferiores penduli. Chili, Bridges № 613.

Dipterocarpus gonopterus. D. ramulis compressis gem-

misque velutinis; foliis petiolatis ovato-oblongis, in acumen obtusum breve attenuatis, supra glabris, subtus praesertim ad venas stellato-pubescentibus; racemis supra axillaribus; calycis fructiferi tubo 5 angulato, angulis late alatis, limbi laciniis duabus majoribus trinerviis. Specimina nostra fructifera. Moulmeyn, Griffith № 19 aut 61.

Vateria e provincia Pangasanan insulae Luçon, Cuming coll. suppl. № 1. Specimina numerosa fructifera, ramis glabris elevato punctatis, sepalis patentibus ellipticis obtusis, foliis alternis petiolatis ovatis, oblique acuminatis, basi obtusis, fructu parso globoso bivalvi, 61 aut uniloculari, mono aut dispermo, semine triangulari altero imperfecto. Floribus ignotis, quo ad genus dubia.

Ternstroemia sessiliflora. T. foliis alternis petiolatis oblongis cuneato-obovatis acutis obtusiusculisve, a medio ad apicem argute serratis, supra sparse pilosis, subtus crebre punctatis; floribus axillaribus subsessilibus; sepalis, petalis ovarioque uniloculari sericeis. Petioli longiusculi pilosi, folia basi longe attenuata. Brasilia, Sellow № 287.

Tristylum. Quod genus hoc a cleyera non differt, libenter consentio: jam in cleyera (tristylio) Mexicana, stylus usque ad basin dividetur tantum in floribus nondum perfecte explicatis, nunc aliam speciem e Jamaica accepi, e coll. Grahamiana, in qua stylus ad medium finditur. Kowalewskias inter clethras non quaesivi, propter petala omnino libera, sed cum caeteri characteres conveniunt, junctioni amborum generum non contradico. Hypopogon a symploco non diversus, nisi petalis in symploco (hypop.) brevipedes triserialibus, basi forsitan laeviter junctis.

Caraipa Sellowii. *C.* foliis alternis suboppositisque obovato-oblongis, basi attenuatis, obtusiusculis, integerrimis, glabris, reticulatis; floribus terminalibus corymbosis vel paniculatis folio brevioribus; petalis sepalisque glaberrimis. Pedunculus terminalis pedicellique obtecti zonis parallelis, saepe cum reliquiis ramentorum. Calyx 5 partitus, laciniis inaequalibus, demum reflexis. Stamina numerosa, filamentis filiformibus, antheris suborbiculatis, bilocularibus, lateribus per totam longitudinem dehiscen-
tibus, glandula parva terminatis. Ovarium glabrum trigonum triloculare. Stylus calumnaris. Stigma obsolete 3 dentatum. Brasilia, Sellow № 286.

Micromelum octandrum. *M.* inerme glabrum, foliis impari pinnatis 5—9 foliolatis; foliolis alternis, inferioribus ovatis, superioribus ovato-lanceolatis acuminatis serratis; paniculis axillaribus et terminalibus; calyce truncato obsolete 4 dentato petalis multo brevioribus, petalis 4 lineari-ellipticis, staminibus 8, ovario villosa 5 loculari. Et habitu et characteribus ad *Micromela* ita approximatum, ut huic generi adnumerare non haesitavi, etiamsi numero partium floralium recedit. In Cochinchina, anno 1839, invenit beatus Gaudichaud.

Psorospermum Leonense. *P.* foliis ovatis, ovato-lanceolatisve acuminatis, integerrimis, supra glabris viridibus, subtus glaucescentibus punctatis, ad costam venasque parce puberulis, basi rotundatis; cymis terminalibus trichotomis; sepalis lineari-oblongis obtusiusculis; phalangibus staminum 3 andris paulo brevioribus; stylis ovario subbrevioribus; baccis globosis rugoso-punctatis, calyce longioribus. Sierra Leone, Stermort, Purdie. Species, quo ad foliorum formam satis polymorpha. Inter specimina Stermortiana, unicum foliis latioribus ovatis

praeditum, caetera ad formam Purdieanam foliis angustioribus ovato-lanceolatis gaudentibus vergunt. Cymae radii exteriores diametraliter divergentes cum calycibus pilis cinereis stellatis obtecti, in ramulos dichotomos pluries divisae. Sepala lineis pellucidis, saepe praeruptis notata. Petala sepalis duplo majora lutea. Stigmata capitellata.

Altera species hujus generis, *P. Afzelii* nominanda, in eadem regione ab Afzelio lecta et in collectione Purdieana sub *Hyperico Afzelii* determinata a P. Leonensi differt inflorescentia axillari, minus composita, nempe corymbis 7 floris folio brevioribus, foliis subtus rufescentibus, haccisque duplo majoribus pentagonis. Hujus specimina tantum fructifera vidi.

Vismia alternifolia. V. foliis alternis sessilibus oblongo-lanceolatis rubro marginatis glaberrimis; pedunculis axillaribus unifloris; floribus tribracteatis. Species distinctissima, verosimiliter identica cum *Hyperico alternifolio* Vahl. DC. prodr. 1. pag. 545. Caules fruticosi teretes sicuti tota planta glaberrimi, ramis cortice gryseo, lineis longitudinalibus laceratis obductis. Folia ad extremitates ramorum crebra, basi lata sessilia, acuminata, costa media basi dilatata, margini concolore rubente. Flores majusculi. Capsulae pyramidatae, a basi in valvas 5 secedentes. Styli 5 divergentes. Propter glandulas, inter phalanges positas, ad vismias retuli. Sumatra, Bauca, Horsfield N° 18.

Cratoxylon (Ancistrolobus) polystachyus. A. foliis obovatis vel obovato-oblongis obtusis mucronatis vel emarginatis integerrimis, subtus glaucis, glabris; racemis supra axillaribus terminalibusque folio multo longioribus, simplicibus vel compositis; glandulis incrassatis ungues

phalangium polyandrorum aequantibus. Sumatra, Bauca, Horsfield № 120.

Cratoxylon (Ancistrolobus biflorus). A. foliis lanceolatis utrinque attenuatis; acuminatis cuspidatisve, integerimis, glabris, subtus pallidioribus; pedunculis supra axillaribus terminalibusque folio multo brevioribus bifloris; glandulis minutis. India orientalis, Wallich № 4820. Specimina mea flores nondum expansos habent, unde forsán glandulae nondum formatae, in nonnullis floribus vix manifestae. Phalanges 3, staminibus numerosis et densis, styli 3. Ad hoc genus pertinent e collectione indicata species sub № 4822, 4823, 4824 e speciminibus paucis aut incompletis mihi notae. Species sub № 4823 (e flore unico delapso) glandulis extus cuculligeris insignis, quo ad formam foliorum A. bifloro proxima.

Cratoxylon (Tridesmis) pentadelphus. T. foliis lanceolatis utrinque attenuatis cuspidatis, subtus glaucis; pedunculis in parte media ramorum supra axillam foliorum, tempore florendi delapsorum, exeuntibus, plerumque bifloris; petalis intus appendice obovata integerrima auctis; phalangibus 5, stylis 3. Species in genere ambigua, pedunculi in specimine florifero breves biflori, pedicellorum tamen longitudine, in fructiferis pluribus fere a basi divisi in pedicellos binos vel quaternos. Capsulae oblongae, utrinque angustatae 3 loculares 3 valvae, valvis septiferis, seminibus numerosis. An specimina fructifera ad eandem speciem cum florente pertinent? Java, in coll. Horsfieldii absque numero.

Hypericum racemulosum (Brathys). H. fruticosum, ramosissimum, ramis divergentibus, ramulis crebris, superioribus et inferioribus sterilibus, mediis apice unifloris;

foliis dense imbricatis parvis linearibus oblongis, ex toto involutis, ut acerosa apparent, pellucido-punctatis; sepalis lanceolatis acutis, longitudinaliter lineatis, impunctatis, petalis plerumque duplo brevioribus; stylis 3, omnino exsertis Peru, Mathews № 1611. Habitus Frankeniarum.

Salacia podopetala. S. caule ramosissimo, ramis divaricatis; foliis oppositis late ellipticis, basi parum attenuatis, breviter et obtuse acuminatis, submarginatis; pedunculis axillaribus fasciculatis; disco elevato; petalis breviter unguiculatis; floribus triandris. Species ex individuis floriferis paucis mihi nota, tamen petalorum forma distinctissima et forsani proprii generis habitu fere S. prinoidis. Insula Zeylan, Gardner № 1201.

Salacia dichotoma. S. dichotome ramosa, foliis oppositis oblongis, basi attenuatis, oblique et obtuse acuminatis, integerrimis aut obsoletissime serratis; pedunculis axillaribus bis dichotomis; petalis basi latis; disco elevato; staminibus 3; baccis (capsulis baccatis) turbinatis trilocularibus oligospermis. Java, Horsfield № 25.

Erythroxylum Panamense (areolata). E. glaberrimum, foliis lanceolatis vel oblongo-lanceolatis, utrinque attenuatis, saepe mucronulatis, marginatis, integerrimis, trinerviis, nervis lateralibus costae approximatis et subparallelis; pedunculis brevibus fasciculatis; stylo stamina superante; fructu 5 costato. Isthmus Panamensis, Chagres, Fendler № 193.

Malpighia variifolia. M. foliis parvis ellipticis glaberrimis nitidis obtusis aut emarginatis, integerrimis aut lateraliter lobo unico aut duobus auctis. interdum apice trilobis: lobis obtusis mucronatis. venis in pagina super-

№ 2. 1863. 38

riore prominentibus; pedunculis e tuberculo sessilibus fasticulatis, medio bracteolatis. Folia in genere parva, 3 lin. circiter longa, 2 lin. lata. Calyx 8 glandulosus. Filamenta alterna parum breviora. Species originis forte Americanae, in horto gubernatoris, in Soonan a Perrotelio lecta et in coll. sua Nilagirensi, sub № 166 servata.

Byrsonima Fendleri. B. foliis petiolatis ovatis vel late ellipticis, obtusis aut emarginatis, breviter et oblique acuminatis, supra ad costam venasque puberulis, subtus petiolisque dense cinereo-pubescentibus, junioribus rufescentibus; racemis simplicibus folia subaequantibus; bracteis acuminatis pedicellis multo brevioribus; calyce 10 glanduloso; ovario glabro; antheris villosulis. Isthmus Panamensis, Chagres, Fendler № 24.

Bunchosia rhombifolia. B. ramis divergentibus; foliis brevissime petiolatis, rhombeo-ovatis acuminatis, supra nonnisi ad costam parce puberulis, subtus dense cinereo-tomentosis; racemis in ramulis terminalibus simplicibus rarifloris; calyce 10 glanduloso; stylis 3 a basi liberis. Flores e schedula lutei. Venezuela, prov. Caracasana prope Rio Chico et in Cumana Funck № 5. B. molli Bth. affinis at forma foliorum facile discernitur.

Bunchosia lanceolata. B. glaberrima ramis simplicibus; foliis breviter petiolatis lanceolatis acuminatis punctatis; racemis axillaribus folio brevioribus; calycibus 10 glandulosis; fructibus punctato rugosis glabris 3 locularibus; stylo simplici. Mexico, Orizaba, Botteri coll. sine numero. Ab affinibus jam numero loculorum fructus diversa. Florentem non vidi.

Stigmaphyllon malpighioides. S. ramis volubilibus simplicibus glabriusculis, vel superne minute puberulis; fo-

liis ovato-oblongis acuminatis integerrimis, basi parum attenuatis eglandulosis, supra parce puberulis, supra pilis prope basin affixis hirtulis; umbellis axillaribus folio brevioribus; stylosum appendice angusta; staminum minorum nonnullis antheriferis. Mexico. Botteri № 1073, Ghisebreght № 155 a.

Stigmaphyllon obtusum. S. ramis subvolubilibus simplicibus, glabriusculis aut superne vix puberulis; foliis oblongo-ellipticis basi parum angustatis emarginatis vel lineari-oblongis obtusis mucronulatis, utrinque glabris, venis non prominentibus; umbellis axillaribus et terminalibus folia subaequantibus; appendicibus stylosum spatulatis planis. Insula Cuba, Ramon la Sagra.

Ryssopteris ovata. R. foliis petiolatis late ovatis, basi subinaequalibus subcordatis, acumine saepius obliquo, membranaceis, glaberrimis; petiolis apice eglandulosis; racemis axillaribus folium aequantibus et superantibus trichotomis; filamentis vix basi concretis, antheris glabris. Calyx more generis 5 sepalis eglandulosus Petala sessilia integerrima. Styli tres stigmatibus parvis capitatellatis terminati. Insulae Philippinae, Cuming № 944.

Ryssopteris rufescens. R. foliis petiolatis ovato-ellipticis, basi subcordatis aut breviter attenuatis et in petiolum eglandulosum decurrentibus, plus minus acuminatis, supra glabris, subtus praesertim ad costam venasque ferrugineo-tomentosis; racemis axillaribus folia superantibus, multirameis ferrugineis, ramis iterum divisis; antheris ovariisque glabris. Hoc ultimo caractere a definitione generis recedit, caeteris non removenda, habitu non dissimilis, etiamsi racemis elongatis e floribus innumeris constantibus excellit. Java, Zollinger № 2343.

✓ *Banisteria Schlimii*. B. ramis velutinis; foliis breviter petiolatis ovatis acuminatis, basi subcordatis, supra viridibus parce pubescentibus, subtus argenteo-sericeis, venis subtus prominulis, secundariis transversis; racemis in apice ramorum axillaribus in paniculam terminalem contractam collectis, pedunculis a medio divisis; calycibus 8 glandulosis; antheris 3 in connectivum crassum, loculos superantem, excrescentibus. Nova Grenada, in prov. Ocana, prope Ocana, alt. 3500 pedum, Schlim N° 108.

Peixotoa microphylla. P. ramis tomentosis; foliis firmis ellipticis acutis, basi obtusis, brevissime petiolatis, supra viridibus pubescentibus laevibus (non rugosis) subtus cinereo-tomentosis, pilis medio affixis, venis subtus prominulis, secundariis nullis; corymbis terminalibus subternis, pedicellis oppositis unifloris. Brasilia, loco dicto Gongo Capo Lya, collecta a Hoher seu Loker, in herbario beati Rob. Brownii, P. parviflorae, a me non visae, affinis videtur, sed huic folia dicuntur supra rugosa, venis secundariis transversis et panicula ex umbellis approximatis formata. Rami saepe trichotomi, ramulis divergentibus. Pedicello medio hibracteolati, versus apicem parum incrassati. Flores illis P. tomentosae parum minores, folia pollice breviora.

Hiraea spicigera (Mascagnia). H. ramis volubilibus; foliis ovato-oblongis acuminatis, basi subcordatis, supra viridibus pilosis, subtus dense tomentosis incanis; racemis axillaribus paucifloris, folio brevioribus, in spicam interruptam dispositis; fructibus lateribus pilosis, ala circulari integra circumdatis. In valle Mexico legit cl. Schmitz

Hiraea schizoptera (Mascagnia). H. ramis glabris; fo-

liis breviter petiolatis ovatis ovato-oblongisve obtusiuscule acuminatis, basi rotundatis aut vix attenuatis, glabris, subtus glaucescentibus; corymbo terminali sessili subtrichotomo, pedicellis 1—2 floris; calycibus 8 glandulosis; fructibus puberulis, alis lateralibus obovato-trapezoideis, irregulariter crenatis, laterali subduplo brevior, profundius inciso. Habitu et foliis fere philadelphi coronarii. In insula Sti. Vincentii a cl. Calcy inventa. Petioli canaliculati eglandulosi aut interdum glandulis minutis, fortè accessoriis muniti.

Janusia in Brasilia meridionali, prope portum Alegre, a cl. Alex. Fox decerpta cum icone Hilariana et descriptione J. Guaranitiae in multis conveniens, recedit foliis plerumque latioribus, saltem inferioribus basi cordatis; glandulis petiolaribus infra basin sitis, umbellis non semper quadrifloris, sed plerumque 3, rarius 5—6 floris, floribus omnibus conformibus, majoribus aurantiacis neque luteis. An varietas?

Cardiospermum e Mexico, Sierra San Pedro Nolasco, Jurgensen № 926, cum brevi definitione C. hispidi H. B. K. in omnibus quadrat. In specimine nostro stamina ad medium usque concreta, glandulae lineares elongatae tubi staminei longitudine, carpella glabra.

— *Serjania bracteosa*. S. glaberrima, foliis dimorphis, inferioribus ad basin ramorum sitis, impari-pinnatis 5 foliolatis: foliolis subsessilibus oppositis ovatis obtusis vel obtuse acuminatis obtuseque serratis, aliis ramealibus bracteiformibus multo minoribus ternatis: foliolis plicato-falcatis serratis; racemis in axillis foliorum ramealium longissimis compositis, paniculam terminalem formantibus; alis carpellorum ad basin dilatatis obtusis. Guiana Britannica, Rob. Schomburgk coll. 1. № 637. Cirrhi

duo parvi spiraliter convoluti infra ramulos inferiores racemorum. Pedicelli incano-puberuli. Caulis teres striatus, rami obtusi angulati, vix ac ne vix volubiles.

Sapindus trifoliatus. Glaber, foliis oppositis longe petiolatis trifoliolatis, foliolis oblongo-ellipticis, obtuse acuminatis, basi in petiolum complanatum sensim attenuatis; panicula terminali foliis brevior; floribus majusculis 4meris 4andris, petalis unguiculatis, glabris, supra unguem squamis duabus carnosis appendiculatis; stylo indiviso. Species arborea, foliis trifoliolatis et floribus oligandris insignis. Sepala subvalvata, id est basi tantum sese tegentia, petala glabra lineari-oblonga, sepalis fere duplo longiora. Discus e glandula carnosus constans, minus quam dimidiatus. Filamenta valde inaequalia, filiformia, versus antheras longiuscule attenuatis, antheris versatilibus, fructus immaturi, videtur indehiscentes, at biloculares et dispermi. Flores in schedula indicantur albo-rubentes. In provincia Ocana Novae Grenadae, prope Ocanam, alt. 3500 ped. Schlim coll. № 133.

Planta e coll. Philippinensi Cumingiana № 1720, quam dubitanter olim pro *Tarrietia Blumei* habui est species *schmideliae*, ab omnibus mihi notis distinctissima foliis 5 foliolatis.

Lachnometalum glabrum et *zygolepis rufescens* nunc *Ratonia lachnometala* et *zygolepis* Turcz. Genus hoc a *Cupania* tantummodo calyce subvalvato, non semper parvo, acerrime dignoscitur et forte melius jungendum. *Ratoniae* species videntur, pleraeque caeterum fructibus deficientibus dubiae: 1) E Gayaz Gardn. № 3074 2) e Surinam Hostmann № 295. 3) Ex insula Sti. Vincentii, a Caley lecta, foliis glabris, bi-rarius trijugis, foliolis subsessilibus suboppositis utrinque attenuatis, ipsa basi

parum dilatatis, racemis axillaribus parum ramosis, foliorum longitudine. 4) E Sta Martha Novae Grenadae, Schlim № 902. 5) E Philippinis, Cuming № 1389, 1456 et 1734, quae forte omnes ad rat. Lessertianam seu mischocarpum Sundaicum Bl. pertinent 6) E Java Zoll. № 3266 submischocarpo Sundaico determinata, sed a specimine Blumeano et Manillensibus consistentia et nervatione foliorum diversa. 7) Ratonia Mexicana, jam a me sub Cupania descripta. Cupania apetala Labill. (e schedula), non Macfad. e Nova Caledonia, Viell. № 207, forsitan etiam ad ratonias spectat, nisi schleicheriae species.

Cupania oblongifolia. C. polygamo-monoica glabra; foliis alternis 4 — 8 jugis, foliolis alternis aut in eodem individuo suboppositis, oblongo-lanceolatis acuminatis, basi parum inaequalibus, subfalcatis, integerrimis, glaberrimis, subtus glaucescentibus, rhachi aptera; panícula terminali composita; petalis appendice, praesertim margine barbato-villosissima auctis; filamentis liberis villosissimis; fructu (juniore) sessili pyriformi, acute trigono glabro. Zollinger, iter javanicum secundum № 3648. 2.

Thouinia? dicarpa. T. foliis alternis petiolatis ovato-lanceolatis longe acuminatis glabris; pedunculis axillaribus solitariis unifloris; carpellis duobus ope styli, vix apice liberi, in unicum bialatum et obcordatum connatis. Frustula numerosa e herbarii Rob. Brownii, cum Simsio communicata vidi, e Sierra Leone provenientia, omnia fructifera. Carpella apice attenuata et in stylum adscendentia, reticulata, nigricantia, glaberrima. Alae tenuiores venis transversis pictae. A congeneribus jam numero carpellorum distincta. An genus proprium?

Dodonaea Zollingeri. D. caulibus (aut forte ramis) tri-

quetris pubescentibus; foliis subsessilibus oblongo-lanceolatis, utrinque longe acuminatis, integerrimis; panícula terminali composita, ramis divergentibus nutantibus; floribus 4 — 5 meris. Folia ad costam paginae inferioris, interdum parce, panícula et calyces dense pubescentes. Filamenta subnulla, antherae magnae oblongo-tetragonae. Specimina foeminea desiderantur. Java, Zollinger № 2708. D. Waizianae Bl. videtur affinis, sed in hac racemi axillares et terminales simplices. D. Wightiana Bl. glabritie distinguenda.

Chilocalyx. Novum genus.

Calyx latere inferiore truncatus, superiore in dentem obtusum producto. Petala 3 obovato-oblonga, calyce triplo longiora. Stamina 6—7, filamentis ultra medium in tubum connatis, parte libera subulatis, antheris ovatis terminalibus bilocularibus, longitudinaliter dehiscentibus. Ovarium sessile triloculare, sensim in stylum cylindricum attenuatum, loculis biovulatis, ovulis superpositis. Stigma capitatum. Fructus ignotus. Frutex seu arbor ramosus, foliis alternis breviter petiolatis simplicibus ellipticis emarginatis pellucide-punctatis glabris, floribus axillaribus corymbosis, corymbis subsessilibus folio multo brevioribus. Genus videtur meliaceum calycis forma et numero petalorum in ordine distinctissimum, sed propter semina ignota, quo ad tribum incertum.

Chilocalyx ellipticus. India orientalis, Wallich № 6353. Altera species hujus generis in eadem collectione sub № 6355, tubo stamineo abbreviato a Ch. elliptico discrepans, propter specimen unicum foliis laceratis non describenda.

— *Trichilia Mauritianae* (Eutrichilia). T. glabra, foliis simplicibus alternis, summis interdum oppositis, inferioribus (an ramis sterilibus?) trifoliolatis, foliolis alternis elliptico-lanceolatis, utrinque parum attenuatis, apice obtusis vel subemarginatis; racemis axillaribus paucifloris; calyce obsolete 5 dentato; petalis 5 extus sericeis calyce plus quam duplo longioribus; ovulis in loculis solitariis. Frutex 12 — 15 pedalis, in montibus insulae S. Mauritii a Perrotetio lectus.

Guarea Kegelii. G. cortice ramorum fusco; foliis bijugis: foliolis oblongo-lanceolatis utrinque longe attenuatis, obtuse acuminatis, glabris, nonnisi in axillis venarum paginae inferioris parce barbatis; racemis axillaribus folio brevioribus; calyce subtruncato aut breviter 4 dentato; ovario glabriusculo. Guatemala, Kegel № 12707.

Pterosiphon. Novum genus.

Calyx 5 fidus. Corollae petala 5, calycis laciniis alterna et triplo longiora. Tubus stamineus 5 gonus, faciebus coriaceis convexiusculis, angulis in membranas 5 petalis adhaerentes productis, apice in filamenta 5 filiformia tubum aequantia solutus, antheris cordiformibus dorso affixis bilocularibus longitudinaliter dehiscentibus. Ovarium tubo stamineo arcte adnatum illumque superans, tuberculatum 5 locale, loculis multiovulatis. Stylus filiformis stigmate capitato. Fructus ignotus. Frutex seu arbor foliis abrupte pinnatis 4 jugis glabris, foliolis alternis per paria approximatis ovato-oblongis, basi parum angustatis inaequilateris, longe acuminatis uninerviis, venis transversis numerosis reticulatis, paniculis terminalibus compositis, ramis divaricatis a medio floriferis; petalis albis dorso puberulis. Genus ut videtur cedrelaceum,

characteribus valde distinctivis, sed propter difectum fructuum uti chilocalyx et piptosaccos incertum.

Pterosiphon multivenius. In collectione Dombeyana e ~~Chili~~ et Peru.

Cordylobaste Henschellii Moritzi est genus etiam valde incertum et anomalum, corollis tubulosis et angustis pubescentibus, quam maxime a camelliis abhorrens, fide speciminum Javanicorum (Zoll. № 3195) etiamsi incompletorum et descriptionis auctoris. In eadem collectione sub № 2393 et in Horsfieldiana sub № 118 adsunt specimina aliae plantae, non minus anomalaе, ubi tubus stamineus meliacearum cum corolla tubulosa angusta et glabra jungitur. Calyx in his 5 sepalus, parvus, capsula 3 valvis, valvis septiferis 3 locularis, loculis dispersis, seminibus cymbiformibus exalbuminosis, cotyledonibus planis, radícula brevi illis opposita. Folia impari-pinnata 1—2 juga, fere glabra. Pedunculi axillares pauciflori. Verbenaceis dubitanter adscripta in schedula. Corolla cordyloblastes aspectu omnino ticoreae jasminiflorae, sed major.

Cissus ex insulis Philippinis, Cuming № 869 est forte *C. aristata* Bl. at serraturae non adpressae, falcato-curvatae et cymae non semper 4 chotomae, saepius 3—5 radiatae, radiis 3-multifloris.

Cissus peltata. *C.* caule ecirrroso compresso, petiolis pedunculisque pube floccosa tectis; foliis rhombeo-ovatis acuminatis, basi subcordatis, peltatis, triplinerviis, reticulatis subpellucido-punctatis, membranaceis serratis: serraturis distantibus callosis; paniculis oppositifoliis folia superantibus. Species memorabilis foliorum forma et

nervatione. Folia interdum in nervis floccifera, caeterum glabra. Java, Zollinger № 2468.

Cissus denticulata. C. caule flexuoso cirrhifero; foliis ovato-oblongis acuminatis, mucronatis, basi rotundatis, remote denticulatis, subtus fuscis, utrinque ad nervos venasque parce puberulis; corymbis oppositifoliis subtrichotomis. Sierra Leone, Wilford, Purdie.

Cissus heterotoma. C. caule obtuse tetragono cirrhifero scabro - pubescente; foliis longe petiolatis subbiternatim sectis, ramo medio divisionis primariae trifoliolato, lateralibus bi-trifoliolatis, interdum dichotome 5 foliolatis, foliolis mediis rhombeo-obovatis utrinque attenuatis, lateralibus inaequilateris, omnibus grosse et inaequaliter crenatis glabris aut in pagina inferiore ad nervationes puberulis; paniculis lateralibus decompositis, tandem petiolo brevioribus. Species longitudine ac divisione insolita irregularique foliorum insignis. Java, Zollinger № 2649.

Cissus Zollingeri. C. caule obtuse tetragono cirrhifero scabro; foliis petiolatis subbiternatim sectis, irregulariter varie divis, ramis divisionis primariae interdum unifoliolatis, foliolis basi longius attenuatis, rarius rotundatis, apice breviter acuminatis obtusiusculisve, lateralibus inaequilateris, distanter et obtuse crenatis, utrinque subtus densius pubescentibus; paniculis lateralibus 2—3 choctomis, petiolum subaequantibus. Similis praecedenti sed tenuior, foliis utrinque pubescentibus subcinereis, brevius petiolatis et panicula minus composita. Java, Zollinger № 2686.

Geranium Homeanum. G. caule angulato glabro aut apice pilis paucis brevibus reversis vestito; foliis corda-

tis, utrinque adpresse pilosis, profunde 4—5 lobis, lobis 3—4 lobulatis, lobulis mediis 3 dentatis, lateralibus saepe inaequaliter bifidis, dentibus obtusis mucronulatis; pedunculis axillaribus supra medium bifidis; sepalis membranaceo - marginatis aristatis; carpellis pubescentibus transverse rugosis. Specimina numerosa exstant sed omnia radice et parte inferiore caulis orbata, unde directio caulis incerta. Folia fere *G. Nepalensis*, sed in hoc pedunculi et petioli pilis patentibus obsiti et pedunculi etiamsi ex eodem puncto solitarii, bini vel terni, tamen indivisi, unde haec species ad § 1. divisionis *Candolleanae* transferenda. Nova Zeelandia, loco dicto Perakiteri, Everard Home № 86.

Erodium violae-folium. *E.* caulibus herbaceis caespitosis diffusis patenti - pilosis; foliis petiolatis cordatis obtusis sinuato-lobatis crenatis, pilis raris brevibus adpressis vestitis; pedunculis 3—5 floris; calycibus aristisque fructum dense pilosis. Folia sinus satis profunde cordata, crenata, crenis nonnullis profundioribus sublobata. Radix a collo in fibras elongatas ramosas divisus. Caules humiles 4—5 pollicares. Petala in spiciminibus nostris jam delapsa. Aristae in fructibus junioribus non plumosae. Montes Nilagiricae, Perrotet № 169.

Erodium peristeroides. *E.* radice fusiformi; caulibus erectis aut lateralibus adscendentibus puberulis; foliis profunde cordatis, simulque medio in petiolum decurrentibus, obtusis, laeviter 3—5 lobis crenatis, inferioribus longe petiolatis; pedunculis 5—7 floris, pedicellis abbreviatis, adultis vix sepala excedentibus. Habitus omnino pelargoniorum sectionis peristerae, sed tubulum nectariferum detegere non potui. Specimina majora sesquipedalia, minora 3 poll. alta. Folia praesertim ad ner-

vos scabrida. Sepala 5 acuta, non mucronata exteriora tria subtrinervia, interiora uninervia, nervis pilis brevibus rigidiusculis exasperatis. Petala primo alba, dein rosea, unguiculata subspathulata, sepala aequantia aut vix excedentia. Stamina in urceolum, ovarium ambientem, coadunata, filamentis 10 subulatis, alternis brevioribus sterilibus, antheris caducissimis. Ovarium glabrum. Stigma 5 radiatum. In Nova Zeelandia. Vidi spicimina plurima in collectionibus All. Cunninghamii et Ev. Homei.

Anisocentra. Novum genus. : *Tropaeolum*

Calyx coloratus 5 partitus bilabiatus, labio superiore bi-inferiore 3 partito 4 calcarato et biauriculato, calcaribus superioribus 3 brevibus e duabus vicinis laciniis calycis productis, inferiore longissimo, auriculis e basi laciniarum calycinarum inferiorum ortis et calcaris majori vicinis bilobis. Petala 5 — 6, laciniis calycinis alterna longe unguiculata spathulata, obcordata, calycem duplo excedentia. Stamina 8 hypogyna, filamentis liberis, 3 inferioribus brevioribus deflexis, omnibus subulatis acuminatis. Antherae terminales orbiculatae, utrinque emarginatae biloculares, lateraliter per totam longitudinem dehiscentes. Ovarium sessile trilobum triloculare triovulatum, ovulis ex angulo centrali pendulis. Stylus terminalis, apice tridentatus. Fructus desideratur. Genus *tropaeolum* structura florum distinctissimum, habitu *tropaeolorum* palmatifoliorum, petalis 5 — 6 obovato-oblongis obtusis, obcordatis, pedunculis folia plus quam duplo superantibus, floribus roseis.

Anisocentra cardiopetala. Chili, Bridges № 739.

Impatiens circaeoides. I. annua glabriuscula humilis ramosa; foliis oppositis ovatis serratis acutiusculis petioli longitudine, serraturis callosis; pedunculis axillaribus folia superantibus corymbosis; calcare recto aut subincurvo, floribus minutis brevioribus aut illos subaequante. Montes Nilagirici, Perrotet № 171. Petala exteriora lactea, interiora coerulescenti-striata. I. pictae Knowlt. videtur affinis sed folia non acuminata, serraturae foliorum puncto calloso terminatae mucronatae, petalaeque exteriora macula flava carent.

Impatiens radicans Bth. longe diversa est a planta homonyma Zollingeri. I. *salicifolia* Hook. f. et Thoms. in collectione, aliter nominanda, nam haec denominatio antea imposita a me prorsus aliae speciei.

Impatiens Perrottetii. I. annua glabra pumila simplex, rarius parce ramosa, ad medium plerumque nuda; foliis oppositis in petiolum brevissimum attenuatis, inferioribus oblongo-obovatis, superioribus sensim angustioribus, summis linearibus margine involutis, subtus pallidis, longe setaceo-mucronatis acuminatisque; pedunculis axillaribus unifloris flore brevioribus; floribus minutis; petalis exterioribus setaceis; calcare nullo. Montes Nilagirici, Perrotet № 176. I. *rosmarinifoliae* Retz e descriptione affinis, sed folia basi nunquam cordata et calcar deficit aut ad gibbum obsoletum reducit.

Impatiens semiverticillata. I. annua erecta glabra ramosa; foliis oppositis saepeque in eodem individuo ternato-verticillatis, inferioribus breviter petiolatis, caeteris sessilibus, utrinque longe attenuatis, repando-crenulatis, inter crenas setiferis; pedunculis axillaribus unifloris, inferne solitariis, superne fasciculatis, folii longitudine;

calcare florem superante; capsulis cylindricis, saepe incurvis. Nilagiri, Perrotet № 187.

Oxalis apodoscias (Biophytum). O. herbacea annua; foliolis trapezoideis inaequilateris; petiolis pilosulis; umbella sessili multiflora, basi bracteis numerosis cincta, foliis multo brevioribus; pedicellis vix longitudine florum; stylis stamina longiora parum superantibus. In Java legit cl. Horsfield et in montibus Khasiae clss. Hooker filius et Thomson № 5. Bractee imbricatae condensatae ovato-oblongae ciliatae. Species humilis ab O. sensitiva et Metziana Hochst. jam umbellis sessilibus diversa.

Oxalis bisfracta (Ceratoxys). O. herbacea ramosa procumbens pumila cinereo-incana; foliolis sessilibus cuneato-obovatis, apice rotundatis; pedunculis axillaribus unifloris medio et infra apicem refractis. Radix tenuis. Stipulae scariosae. Folia pilis densis adpressis tecta cinerea. Styli stamina superant. Bolivia, prope Oruro, d'Orbigny № 1485.

Oxalis multibulbosa (Aegopodoxys). O. radice squamoso-reticulata, reticulo bulbos numerosos tegente; scapis pedunculis petiolisque pilis patentibus vestitis; foliis trifoliolatis, foliolis late obcordatis utrinque pubescentibus; scapo ebracteato bifido sub 5 floro folia superante. Flores coerulei, petalis calyce duplo longioribus striatis. Insula Mauritii, Perrotet. Species memorabilis radice structura.

Boronia pteropoda. B. glabra, foliis impari-pinnatis ternatis, rarius binatis, superioribus interdum simplicibus, petiolis alato-complanatis, foliolorum latitudine, foliolis in apice petioli sessilibus articulatis, lineari-falcatis acuminatis mucronatisque; pedunculis axillaribus so-

litariis, supra basin bibracteatis, apice clavatis, folio brevioribus; staminibus basi concretis, alternis brevioribus, antheras imperfectas gerentibus. An ex hoc ultimo caractere proprii generis? sed habitus omnino boroniarum, praesertim *B. paradoxae*. Nova Hollandia, Gilbert № 326.

Boronia lepidota. *B.* ramis petiolis pedunculisque lepidoto-puberulis; foliis breviter petiolatis linearibus obtusis emarginatisque, margine revolutis, supra glabris biserialiter verrucosis nitidis, subtus ferrugineo vel cinereo-lepidotis; pedunculis axillaribus et terminalibus unifloris folia excedentibus. Specimina fructifera tantum exstant. Nova Hollandia, ad flumen cygnorum, Drumond coll. 1849 № 208. Specimina pauca, in eadem collectione sub № 345, etiam fructifera forsitan ad *B. ovatam* Lindl., a me non visam pertinent at folia potius obovata vel elliptica. Individuum unicum sub № 249, foliis alternis trilobatis insigne, novum genus *Boroniearum* sistit, ovariiis arcte in unicum triloculare concretis, stylo indiviso longissimo filiformi superatum, ovulis in loculo geminis, petalis staminibusque jam delapsis.

Galipea rufescens. *G.* ramis, petiolis, foliorum pagina inferiore, paniculae ramis calycibusque rufo-pubescentibus; foliis 2—3 jugis cum impari, foliolis breviter petiolatis ovatis vel ovato-oblongis acutiusculis vel obtuse emarginatis integerrimis, supra glabris punctatis; panicula terminali ramosa, floribus subsessilibus 5, 6—7 meris; ovariiis totidem stipite cylindrico insidentibus, apice ope styli conjunctis; petalis liberis calyce multo majoribus utrinque attenuatis glabris (luteis); filamentis glabris. Brasilia, loco non indicato, cum beato Rob. Brownio, communicavit cl. Martius.

Zanthoxylum? triplinerve. (Ochroxylum) Z. ramis inermibus glabris; petiolis pubescentibus; foliis alternis simplicibus lanceolatis vel ovato-lanceolatis, acuminato-mucronulatis, integerrimis, triplinerviis, reticulatis, praeter nervum medium, subtus parce puberulum, glabris; pedunculis supra axillaribus paucifloris, petiolo brevioribus; floribus parvis dioicis, foemineis 5 sepalis 5 petalisque, petalis calyce brevioribus; ovariis 3, rarius 2, stigmate sessili peltato terminatis. Nervi laterales basi approximati, sed non ex eodem puncto orti. Species forte proprii generis, propter petala calyce breviora et stigma peltatum. Flores masculi ignoti. Insula Luçon, in provincia North Hows, Cuming coll. suppl. № 2.

Zanthoxylum triflorum. Z. ramis inermibus foliisque oppositis glabris, petiolis subtriangularibus striatis, apice obscure glandulosis; foliis late ellipticis subovatisque, utrinque parum attenuatis, interdum obtusis subemarginatis, impellucidis, integerrimis; pedunculis in axillis superioribus trifloris folio brevioribus; floribus hermaphroditis tetrandris; sepalis 4 acutiusculis; petalis 4; ovariis 2 junioribus villosis, stylis 2 basi tantum liberis, stigmate capitato, fructibus liberis monospermis, seminibus atronitentibus. Nilagiri, Perrotet № 154. An Z. Aubertia DC.? sed folia opaca et pedunculi apice umbellam trifloram bibracteata gerentes, neque racemosi. Ovaria, nifallor, in Z. Aubertia 4.

Zanthoxylum Horsfieldii (Aubertia). Z. ramis inermibus, petiolis pedunculisque molliter pubescentibus; foliis oppositis longe petiolatis trifoliolatis, foliolis longissime petiolatis ovato-oblongis acuminatis integerrimis pellucide punctatis, subtus ad costam venasque pubescentibus, caeterum fere glabris; paniculis folio brevioribus; caly-

cibus 4 partitis; petalis 4, staminibus 4 petalis longioribus; ovario floris masculi villosa indiviso; fructibus 4 glabris monospermis. In Java legit cl. Horsfield.

Picramnia? tetramera. P. calyce foemineo 4 partito, fructibus monospermis. E. speciminibus foemineis tantummodo nota, habitu omnino picramniarum, sed propter flores masculos ignotos et calycem 4 partitum summo opere dubia. Rami, petioli, pedunculi, pagina foliorum inferior atque calyx pube molli vestiti. Folia 4—6 juncum impari, foliola per paria approximata, alterna vel subopposita, brevissime petiolulata, lanceolata, inaequilatera, obtuse acuminata, mucronulata. Pedunculi folio longiores incurvo-falcati, fructiferi fructibus remotis, basi bracteolatis. Fructus juniores dense villosi, stylis duobus divergentibus superati, adultiores minus villosi obovati, monospermi, semine utrinque compresso, pendulo. Mexico, Botteri sine numero.

Lophopetalum Javonum. L. foliis ovato-oblongis, obtuse acuminatis integerrimis, utrinque glabris; paniculatis axillaribus terminalibusque petiolo longioribus, paulo supra basin ramificantibus; petalorum crista denticulata. Java, Zollinger N° 3654, subsolenospermo Javano. Lophope talem Wallich N° 4300 quod verosimiliter est L. fimbriatum Wight a nostro distinguitur foliis acute acuminatis, paniculis longioribus, longe supra basin ramificantibus et petalorum crista in fimbrias tenues et elongatas divisa. Flores in utroque minores ac in L. Wightiano et grandifloro.

Evonymus Horsfieldii. E. fruticosa vel arborea, foliis oppositis ovatis vel obovato-oblongis obtusis vel obtuse acuminatis glabris integerrimis; pedunculis e pulvine axillari exeuntibus solitariis vel binis unifloris, aut ra-

cemosis paucifloris, petiolum aequantibus; petalis fimbriatis. Folia novella versus apicem dentibus paucis minutis et remotis instructa, adulta integerrima. Ab *Ev. Timoriensi* distinguitur pedunculis uni aut paucifloris, ab *E. fimbriato* foliis margine integerrimis. Java, Horsfield.

Evonymus glaucus. *E.* fruticosa vel arborea, ramis inferne teretiusculis; foliis oppositis ovato-ellipticis, breviter et obtuse acuminatis, apice remote dentatis, rarius integerrimis, coriaceis, glabris, glaucis; pedunculis axillaribus semel vel bis dichotomis, bi-vel 4 floris, inferioribus deflexis, folio brevioribus; floribus tetrameris; fructum (immaturorum) loculis uniovulatis. Nilagiri Perrotet № 157. *E. nitido* Bth. e descriptione affinis, sed folia plerumque plus minusve dentata. *E. pterocladus* Hoh. pl. Ind. or. № 1545 differt ramis acute quadrangulatis et foliis angustioribus.

Celastrus paniculata W. fide speciminum a clss. Hook. f. et Thom. missis variat foliis basi obtusis et attenuatis, ergo *C. polybotrys* mea ab hac non distinguenda.

Celastrus racemosa. *C.* glabra, ramulis inermibus, foliis alternis breviter petiolatis parvis ovatis basi obtusis obtuse acuminatis crenatis; racemis ramulos terminantibus 4—7 floris; fructibus bivalvibus dispermis. Java, Horsfield № 312.

Celastrus semiarillata. *C.* glabra, ramulis spinosis, foliis alternis breviter petiolatis obovatis basi cuneatis obtusis crenatis; pedunculis axillaribus 1—2 floris fasciculatis, folio multo brevioribus; fructibus 3 valvibus sub 6 spermis; arillo semine plus quam duplo brevioris carnosio subtrilobo. Brevitate arilli a definitione generica re-

cedit, vix tamen proprii generis videtur. Flores ignoti. Java, Zollinger № 2388.

Celastrinea fructifera ex Orizaba Mexici, Botteri coll. № 881 videtur typus novi generis esse ob folia quinquenervia habitu proprio gaudens. Fructus celastri seu valvae intus valde hirsutae semina globoso-compressa, a basi ad medium arillo circumscisso obvoluta, atra. Pedunculi axillares solitarii, bini vel terni, uniflori. Folia magna longe petiolata ovato-oblonga acuminata, utrinque glabra. Flores ignoti.

Maytenus Chilensis DC. β *angustifolius*. M. foliis lineari-lanceolatis, floribus subsessilibus in glomerulos axillares vel spicas albrevias collectis. Specimina e coll. Dombeyana a caeteris tam Chilensibus, tam Novo-Zeelandicis, in coll. Ev. Homei servatis recedunt foliis duplo angustioribus et floribus magis congestis, in caeteris congruunt. Vix propria species.

Maytenus Vincentinus. M. ramis rugosis glabris; foliis alternis petiolatis, ovato-lanceolatis basi attenuatis obtuse acuminatis emarginatisque integerrimis lucidulis pellucide punctatis; paniculis terminalibus multifloris longitudine foliorum; staminibus petala carinata subaequantibus. Frustula numerosa hujus plantae, in insula Sancti Vincentii a cl. Calylecta, ante oculos habeo. Flores minuti, in paniculae ramulis fasciculati, pedicellis basi bracteolatis. Antherae globulosae. Styli 3 brevissimi divaricati

Pentacocca. Novum genus.

Calyx 5 partitus, laciniis obtusis. Petala 5 laciniis calycinis alterna, longitudinaliter striata, obtusa, apice sub-

lacera aestivatione imbricativa. Stamina 5, filamentis filiformibus exsertis, basi in cupulam petalis adhaerentem connata. Antherae (in unico flore tantum visae) oblongae biloculares longitudinaliter dehiscentes. Ovarium liberum glabrum 5 locale, loculis biovulatis, ovulis angulo interno affixis. Stylus filiformis exsertus, stigmate punctiformi. Capsula 5 locularis, in coccus basi cohaerentes dehiscens, angulo interno apertos et placentas connatas nudantibus. Semina in uno coccorum tantum maturantia, arillo lacero plus quam ad medium tecta, testa atra rugosa. Genus dubiae sedis cum celastrineis numero staminum et ovulorum atque seminibus arillatis conveniens, staminibus basi connatis, petalis adhaerentibus recedens. Frutex seu arbor glaberrima, foliis subsessilibus basi attenuatis, acuminatis, racemis axillaribus solitariis vel ternis foliis brevioribus, floribus remotis solitariis vel in umbellas sessiles paucifloras dispositis.

Pentacocca Leonensis. In Sierra Leone legit cl. Don.

Hartogia angustifolia. H. foliis oppositis cuneato-oblongis in petiolum brevissimum usque ad ramulum decurrentibus, obtusis, emarginatis, a medio ad apicem remote et breviter denticulatis; corymbis axillaribus ramosis, vix petiolum superantibus. H. Capensi propinqua, differt foliis angustioribus, a basi ad medium integerrimis, denticulis fere obsoletis, corymbis brevioribus ab origine fere ramificantibus atque petalis multo minoribus. C. b. spei, Zeyher № 307.

Elaeodendrum Novae Zeelandiae. E. foliis alternis oblongis cuneato-obovatis, petiolo multo longioribus, acuminatis, calloso-denticulatis; pedunculis axillaribus paucifloris, basi umbellam aut racemulum, petiolo breviorum, coadunatis; floribus polygamis; antheris subsessili-

bus. Rami teretiusculi aut saepius triangulati, foliaque coriacea reticulata glabri. Flores masculi: antheris triangularibus, ovario imperfecto astylo, foeminei: antheris subrotundis bifidis polline destitutis, ovario stylo angulato et stigmate obsolete quinquelobo terminato. Antherae perfectae dorso insertae et longitudinaliter dehiscunt in claeodendris veris terminales et loculi rimis horizontalibus hiant. Fructus ignoti. Nova Zeelandia, All. Cunningham № 67.

Elaeodendrum punctulatum. E. foliis alternis ovatis petiolo circiter triplo longioribus, basi vix attenuatis, breviter et obtuse acuminatis, integerrimis, creberrime reticulatis, areolis minutis in pagina inferiore punctulis minutissimis exasperatis; pedunculis axillaribus 3—4 basi coadunatis 1—2 floris. Specimina tantum fructifera e Nova Zeelandia orta, collectore ignoto. Drupae nigrae monospermae.

Elaeodendrum carnosum. E. foliis alternis ovatis vel ovato-oblongis, petiolo circiter triplo longioribus, basi rotundatis vel attenuatis, obtusis, saepe emarginatis, integerrimis, carnosis, venis praesertim subtus prominentibus, non reticulatis; racemis axillaribus compositis, multifloris, petiolum excedentibus; floribus dioicis. Specimina nostra omnia mascula, antheris terminalibus horizontaliter dehiscentibus. Rami teretes foliaque siccata nigricantia. Flores minuti. Antherae subrotundae, filamenta brevissima. Nova Zeelandia, Everard Home sub litteris BP.

Elaeodendrum Javanicum. E. foliis oppositis cuneato-lanceolatis acutis denticulatis, venis parum prominulis; pedunculis axillaribus corymbosis subdichotomis; floribus hermaphroditis tetrameris; ovario 3—4 loculari, ovulis

in loculis binis superpositis; stylo longiusculo, obsoletissime trilobo. Java, Zollinger № 2958.

Elaeodendrum oxyodon. E. foliis oppositis aut superioribus alternis ovato-ellipticis, basi truncatis subcordatisve, obtusis acutiusculisve. inaequaliter acute serratis, serraturis callosis; panicula terminali decomposita, axillaribusque minus compositis di-vel trichotomis; antheris terminalibus subglobosis, horizontaliter dehiscentibus; stylo brevi conico indiviso: drupa monosperma. E. Roxburghii et paniculato affine at praeter alias notas jam serraturis foliorum acutis statim dignoscitur. Nilagiri, Perrotet № 210.

Elaeodendrum Fortunei. E. foliis oppositis breviter petiolatis lanceolatis utrinque parum attenuatis obtusis serratis; serraturis obtusis callosis; pedunculis axillaribus corymbosis subdichotomis folio brevioribus; floribus tetrameris; filamentis subulatis, petala subexcedentibus; antheris versatilibus longitudinaliter dehiscentibus; ovario 4 loculari, loculis biovulatis, stylo conico indiviso. Antheris subexsertis insignis. Fructus ignotus. An vere hujus generis? an celastrus? sed flores in celastris, hucusque nunquam tetrameri observati. China borealis, Fortune № 46 A.

Elaeodendrum? horizontale. E. ramulis horizontalibus, cum ramo aut forte cum caule, angulum rectum formantibus, apice spinescentibus; foliis alternis breviter petiolatis obovato-oblongis emarginatis crenulato-repandis, inter crenas apiculo minutissimo instructis; corymbulis axillaribus apice 2—3 fidis, cruribus 3—4 floris; floribus 5 meris polygamis; antheris dorso affixis; drupis turbinato-oblongis tricoecis. Species habitu peculiari et forte propter drupas tricoccas et antheras dorso in-

sertas forte generice separanda. Rami, ramulique cinerei. Java, Horsfield № 53.

Elaeodendrum e Nilagiri Perrotet № 156 et e Zeylano Gardner № 172 videtur *E. glaucum* Pers. Folia serrata in unico individuo Nilagirico fructifero tantum vidi in reliquis serraturae non observantur, folia utrinque aequaliter attenuata potius lanceolata dicenda, apice obtusa aut emarginata, coriacea, plus minusve glaucescentia, drupae pyriformes monospermae, juniores biloculares, loculo unico tantum seminifero, seminibus geminis aequalibus. Stylus subnullus.

Myginda coccinea. *M.* ramis sexangulatis pubescentibus; foliis breviter petiolatis parvis cordato-ovatis obtusis vel acuminatis crenatis, utrinque, subtus magis pubescentibus; corymbis axillaribus semel vel saepius bis dichotomis folium duplo et magis superantibus. Flores parvi coccinei. Oaxaca, in littore oceani pacifici. Galeotti № 3498.

Myrtophyllum. Novum genus. = *Agara*

Calyx 4 partitus persistens. Corolla nulla (aut forte ante stamina decidua?) Stamina 4 laciniis calycinis alterna et longiora, in statu fructifero persistentia, filamentis filiformibus, antheris terminalibus, loculis parvis transverse dehiscentibus. Fructus subglobosus carnosus bilocularis, loculis semine unico perfecto et aliis 4—5 ad maturitatem non pervenientibus. Stylus filiformis, stigmate punctiformi. Frutex ramosissimus, ramis puberulis, foliis alternis breviter petiolatis, parvis, obovato-oblongis, obtusis, interdum mucronulatis, integerrimis, venis subtus tantum prominulis, glabris, lucidulis, pedunculis axillaribus unifloris, saepe deflexis, foliis bre-

vioribus. Laciniae calycinae intus pilosulae, insertio staminum obscura, in speciminibus junioribus observanda. Semina imperfecta fertilia minora, inter se inaequalia, septo seriatim adnata. Albumen copiosum, embryo in centro albuminis cotyledonibus planis, radícula illis opposita cylindrica. Habitus myrti communis et inter vicinas creophilae similis. Genus alzateae, mihi ignotae videtur propinquum sed calyx 4 partitus, fructus non obcordatus, semina aptera. Staminibus laciniis calycinis alternis in ordine anomalum.

— *Myrtophyllum Chilense*. Chili, Bridges № 560.

— *Theaphyllum celastrinum* Nutt. Sub hoc nomine in herbario Nuttallii inveni specimen fruticis vel arboris in insula Sandwicensi Wahoo ab auctore lecti, floribus adhuc in apertis. Calyx 5 partitus. Petala 5 laciniis calycinis alterna et parum breviora. Antherae 5 sessiles biloculares suborbiculatae. Ovarium liberum disco immersum biloculare, ovulis in loculis geminis compressis subalatis? Stylus apice bilobus. Fructus ignotus. Folia alterna longiuscule petiolata, utrinque parum attenuata, calloso-serrata, glabra, reticulata, supra subbullata. Paniculae terminales et ex axillis superioribus nascentes, foliis breviores puberulae. Videtur Perrotetiae species, forsán P. Sandwicensis Asa Gray?

Ilex Walkeri. I. foliis breviter petiolatis densis obovatis vel oblongo-obovatis, integerrimis aut versus apicem denticulis paucis obsoletis instructis, obtusis rarius acutiusculis, costa media ad basin incrassata et in petiolum triangularem decurrente, parvis, glabris; pedunculis axillaribus unifloris foliis brevioribus; floribus tetrameris, laciniis calycinis rotundatis ciliolatis. Ramuli inferne cinerei, superne nigricantes. Folia supra lucida,

in sicco nigricantia, subtus pallida. Invenitur in collectione Zeylanica Walkeriana.

Ilex emarginella. I. foliis breviter petiolatis densis obovatis, integerrimis aut versus apicem denticulis paucis obsoletis instructis, plus minusve emarginatis, costa media ad basin incrassata et in petiolum triangularem decurrente glabris, parvis; pedunculis axillaribus binis rarius ternis, basi in pulvinulum bracteatum coadunatis, foliis brevioribus; floribus tetrameris, laciniis calycinis carnosulis, medio convexiusculis. Praecedenti simillima, foliis majoribus emarginatis, in sicco vix nigricantibus, pedunculis binis vel ternis basi non nudis et caet. An *I. emarginata* Thbg? sed huic folia in definitione dicuntur crenata. Zeylan, Gardner № 543. Specimina numerosa in montibus Nilagiricis a Perrotetio lecta et sub № 1831, 1833, 1834, 1835, 1836 distributa videntur ad prin. Godsyam Hamilt. pertinere. Variat fructibus 5—7 coccis, ramulis petiolisque glabris.

Pileostigma (errore typogr. *pileostegia*) et *leucodermis* ab ilice petalis liberis distinguuntur. An recte huic generi junguntur?

Novum genus hujus ordinis vel forte rhamneum sistit specimen Perrotetianum fructiferum e Pondichey № 110. Drupa monosperma, calyce cupulari indiviso suffulta et stylo filiformi tridentato superata, embryo in centro albuminis copiosi posito, illoque brevior, cotyledonibus foliaceis, radícula cylindrica. Frutex glaber ramis divaricatis, ramulis spinescentibus, foliis alternis subsessilibus cuneato-obovatis, retusis vel subemarginatis, fructu axillari sessili. Genus ab omnibus ilicineis fructu monospermo diversum.

Byronia Tactensis Asa Gray. Adsunt specimina fructifera et florifera cum definitione hujus stirpis in omnibus quadrantia, sed patria diversa, nempe ex India orientali orta. Praeterea in centro stigmatis fructuum maturorum video foramina 12, de quibus non loquitur.

Pseudehretia. Novum genus.

Calyx 4—5 partitus Corolla 4—5 partita, laciniis cum calycinis alternantibus, plus quam duplo longioribus. Stamina 4—5 ad sinus corollae affixa subexserta. Antherae ovatae acutae terminales biloculares longitudinaliter dehiscentes. Ovarium acutiusculum 6 sulcum 3 locale, loculis uniovulatis. Styli 3 teretiusculi breves approximati et concreti dein liberi. Fructus mihi ignotus. Nomen ex analogia in habitu cum ehretiis et una specie Wallichiana, false ad hoc genus adnumerata. Frutices seu arbores glabri foliis alternis petiolatis integerrimis, inflorescentia axillari ad apicem pedunculi umbellata aut paniculata. Genus jam a cereb. Alph. de Candolle in prodromo indicatum, ilici affine sed forma stylorum diversum.

P. umbellata (Ehretia umbellata Wall. coll.). *P. foliis* ovatis ellipticisve basi parum attenuatis, apice obtuse acuminatis, obtusisve subemarginatis; umbellis axillaribus solitariis, in parte inferiore ramorum interdum in paniculam parum ramosam collectis; floribus tetrameris. Foliis minoribus inflorescentiaque simpliciore a sequente differt. India orientalis, Wallich.

P. paniculata. *P. foliis* ellipticis acumine recurvo terminatis; floribus axillaribus paniculatis, paniculae ramosissimae ramis bis terve dichotomis, ramulis ultimis um-

bellatis; floribus 4 — 5 meris; ovario 6 sulcato. Java, Zollinger it. sec. № 3623. 2.

Casearia e Brasilia, Sellow № 727 videtur esse *C. prunifolia* A. B. K. Rami glabriusculi cinerei. Folia oblonga basi attenuata acuminata, pedunculi in axillis dense fasciculati incurvi uniflori, flores extus cinereo-pubescentes, in alabastro pentagoni, stamina sterilia dense rufo - villosa.

Casearia Mathewsoni (Pitumba). *C. ramis glabriusculis, foliis brevissime petiolatis ovato-oblongis basi rotundatis vel breviter attenuatis, acuminatis, obsolete serrulatis, impunctatis, glabris aut subtus ad venas vix ac ne vix puberulis; pedunculis axillaribus pubescentibus fasciculatis 3—5 nis, flore duplo vel triplo longioribus; calycis laciniis 5—6 obtusis, extus pubescentibus, genitalia duplo superantibus.* Peru, Matwews № 1649.

Casearia congestiflora (Pitumba). *C. ramulis sulcato-angulatis superne puberulis; foliis oblongo-lanceolatis subinaequilateris acuminatis obsolete serratis, supra parce subtus magis pubescentibus, maculis paucis oblongis pellucidis praeditis; pedunculis in umbellas sessiles densifloras approximatis, infra folia positis (lapsu foliorum inferiorum); calycis 5 partiti laciniis lineari-lanceolatis obtusiusculis; filamentis fertilibus sterilia clavulato-spathulata villosa duplo superantibus; stylo stigmatique pubescentibus.* Brasilia, in coll. Clausseniana anni 1846, sine numero.

Casearia astyla. *C. ramis superne ramulisque pubescentibus; foliis breve petiolatis lanceolatis, longiuscule et obtuse acuminatis, margine revolutis, integerrimis impunctatis glabris, nitidis; pedunculis axillaribus ternis vel*

pluribus unifloris; calycis tubo turbinato, medio contracto, laciniis apice revolutis; staminibus subaequalibus, sterilibus dense albo-hirsutissimis, antheris adnatis, stylo nullo. Species florum structura distinctissima, sectionis propriae typus. Specimina fragmentaria et flores fere omnes dilapsi, unde inflorescentia parum obscura. Prostat inter plantas Roxburghianas ex India orientali.

Casearia myriantha (Crateria). C. foliis oblongis breviter petiolatis, basi attenuatis inaequaliter obtuse acuminatis, minute serrulatis, glabris, lucidis, densis; pedunculis in axillis fasciculatis numerosissimis multibracteatis unifloris, flores subaequantibus; calycis profunde 5 partiti laciniis oblongis vix puberulis reflexis; staminibus fertilibus exsertis sterilia albo-villosa duplo superantibus, antheris globosis dorsalibus parvis; stylo apice trifido. Habitus peculiaris propter flores innumeros condensatos nigricantes et stamina fertilia exserta. Isthmus Panamensis, Chagres, Fendler № 185.

Stachy crater Zeylanicus. S. spicis terminalibus paniculatis pluribus, floribus pentandris, staminibus 20, alternis sterilibus triplo brevioribus. Folia S. Philippini, nisi quod in hoc nervi laterales a margine magis remoti. Character genericus necessarie modificandus: calyx 4—5 partitus, stamina fertilia 8—10, totidemque sterilia. Zeylen, Gardner № 193.

Homalinea e Nova Caledonia, Viellard № 24. Verosimiliter novum genus, nam lacinae calycinae 14, exteriores breviores et angustiores, glandulae nullae, stamina numerosa, nempe per 7 vel 8 laciniis minoribus opposita, styli 4 stigmatibus acutis. Arbor seu frutex foliis alternis vix petiolatis, basi subcordatis, crebre reticulatis, venosis, glabris, paniculis terminalibus foliis brevior-

ribus densifloris, laciniis calycinis puberulis ciliatis trinerviis, in sicco nigricantibus.

Blackwellia dasyantha. B. foliis breviter petiolatis obovatis crenatis obtusiusculis, ad nervos venasque pubescentibus ciliatisque; spicis axillaribus foliis parum longioribus, compositis e pedunculis brevissimis subtrifloris vel fasciculis; laciniis calycinis 20 longulatis pubescentibus, longeque ciliatis; staminibus per paria laciniis majoribus oppositis; stylis 5. India orientalis, Moulmelyn. Griffith. № 991. B. nitida Wall. jam foliis glabris diversa.

Blackwellia macrostachya. B. foliis petiolatis oblongo-lanceolatis, obtuse acuminatis, versus apicem obsolete crenatis glabris; spicis axillaribus et terminalibus foliis longioribus, simplicibus, gracilibus; floribus fasciculatis hexandris; calycis laciniis 12 subaequalibus puberulis, breviter et dense ciliatis; stylis 3 et 6 gracili Bl. distinguitur foliis non obtusis sed in acumen satis longum obtusum productis. Insula principis Walliae, Finlayson.

Chailletia (Moacurra) Benthamiana. Ch. ramulis pubescentibus, stylo unico bidentato. Specimina plura florentia castant in collectione Cumingiana Philippinensi sub № 1192 a Moacurra gelonioide praeter indumentum foliis minoribus et floribus hermaphroditis monogynis diversa, tamen habitu characteribusque M. gelonioidei tam similia, ut certissime ad hoc genus referri debent, jam suadente celeb. Benthamio. Calyx 5 partitus, albo-sericeus. Petala 5 spathulata laeviter bifida, laciniis calycinis alterna et vix minora, in sicco flavicantia glabra. Glandulae 5 cuneatae, petalis oppositae, inter petala et ovarium sitae, nigrae, majores ut in M. gelonioide.

Stamina 5, filamentis filiformibus, antherarum connectivo crasso nigricante, loculis introrsis. Ovarium villosum compressum biloculare.

Chailletia rufipilis. Ch. ramulis patentim rufo-pilosis; foliis ovato-oblongis basi subcordatis acutis vel acuminatis, interdum mucronatis, integerrimis vel minutissime denticulatis, supra glabris vel in costa puberulis, subtus in nervo venisque rufo-pilosis; glomerulis axillaribus paucifloris brevibus, tamen petiolum brevissimum duplo superantibus; petalis interne longitudinaliter plicatis bifidis glabris; stylis 3 brevibus, cum ovario stamina aequantibus. Africa occidentalis tropica, ad fl. Congo, collectore mihi ignoto.

Chailletia deflexifolia. Ch. ramis pubescentibus; foliis petiolatis deflexis oblongo-ovalibus, basi parum attenuatis, abrupte acuminatis, dense ciliatis, atque ad nervos venasque pubescentibus; corymbis axillaribus et terminalibus petiolum excedentibus; petalis laciniis calycinis angustioribus, cum illis sericeis, deflexis; glandulis minutis; stylo stamina et perianthium superante, stigmatibus 3 brevissimis, ovario triloculari. Accedit ad descriptionem *C. Fimoriensis* DC., sed huic folia glabra atque pedunculi et calyces nec petala dicuntur sericea. Java Zolling. it. sec. № 3652. 1.

Chailletia longipetala. C. ramis pubescentibus; foliis lanceolatis acuminatis integerrimis, supra praeter costam venasque glabris, subtus undique breviter pilosis; glomerulis axillaribus brevibus, tamen petiolum brevissimum duplo excedentibus; petalis interne longitudinaliter plicatis bifidis glabris, lacinias calycinas extus albo-sericeas duplo superantibus; stylo filiformi stigmatibus 3 bre-

vibus revolutis terminato, petalis paulo brevior. India orientalis, Moulmelyn, Griffith. № 701.

Duvana Molle a Germainio in Chili tecta et sub hoc nomine divulgata, non est planta homonyma Gayana et a *D. crenata* Philippii non differt nisi foliis obtusioribus.

Duvana velutina Turcz. omnino similis est specimini Philippiano lithreae caustriae Miers et Macraeano e Valparaiso orto, ab aliis vero speciminibus Macraeanis, caeterum satis similibus, hae differunt foliis basi attenuatis et verosimiliter pro varietate habendae. Styli in omnibus 3 apice bifidi. Specimina floribus non omnino evolutis Dombeyana et Macraeana e Conception, forte etiam ad hanc speciem referenda, etiamsi folia fere omnino glabra habent.

Rhus acutiloba. *R.* foliis trifoliolatis, foliolis cuneato-ovatis, lateralibus brevissime, medio longiuscule petiolatis, hoc 3, 5—7 lobo, illis 2—3 lobis, lobis basi acutatis, supra lucidis parce, subtus pallidioribus densius pilosis; paniculis axillaribus compositis folio brevioribus. Mexico, Berlandier № 2035 et Texas, Mathes № 160. Ad *R. diversilobam* dubitanter prius retuli, sed acceptis nunc speciminibus Nuttallianis, diversam esse existimo. Folia in *R. diversiloba* utrinque multo magis sunt vestita, subtus dense pilosa, basi minus angustata, lobis numerosioribus, praeter terminalem interdum acutiusculum obtusissimis et minus profundis, saepe in crenas transeuntibus.

Rhus ciliolata Turcz. sub № 727 nec 324 a Galeottio distributum, *Rhus rubifolia* Turcz. sub № 2497.

Boswellia Javanica. *B.* arbor cortice rugoso non papyrifer; foliis pinnatis 10—12 jugis. foliolis brevissime

petiolulatis oblongis, basi parum inaequaliteris, subcordatis, acuminatis, inaequaliter crenatis, subtus cum petiolo communi pubescentibus; paniculis axillaribus ad apices ramorum in paniculam communem compositis, folia tempore florendi non omnino evoluta superantibus; petalis dorso sericeis; capsulis obovato-globosis Java, Horsfield № 908. Folia exacte *B. papyriferae* Hochst. (Schimper pl. Abyss. № 1967) tamen in nostra minora, panicularum rami magis elongatae et compositae. Flores minores. Caeteris characteribus distinctissima. Planta in Cumingii collectione Philippinensi № 1830, cujus tantummodo ramulum floriferum possideo videtur etiam *hoswelliae* species indescrita.

Icica e Peru, Mathews № 1458 cum diagnosi brevissima *Ic. cuneandrae* Aubl. in omnibus quadrat, nisi quod folia in specimine unico a me viso, nunquam 5 foliolata sed tri- vel rarius bifoliolata. *Icica* e Goyaz Brasiliae, Gardner № 3090 ab *I. heptaphylla* Aubl. fide descriptionis non differt. Genus nullo fere caractere a *bursera* distinguendum et nunc suadentibus clss. Bth. et Hook. f. coadunatum.

Bursera (Icica) Sellowii. I. glabra, foliis 3—5 foliolatis, foliolis longiuscule petiolulatis ovatis ovato-oblongisve, basi vix attenuatis, obtuse acuminatis, integerrimis, lucidis, venis paginae superioris impressis, inter venas crebre reticulatis; racemis axillaribus fasciculato-congestis, aut a basi ramosis, petiolo duplo vel triplo brevioribus. Inter plantas Brasilienses Sellowianas absque numero.

Bursera (Icica) macrostachya. I. glabra, foliis trifoliatis № 2 1863. 40

latis, foliolis ellipticis basi rotundatis, abrupte et oblique acuminatis, integerrimis, lucidis, petiolo costaeque basi in pagina inferiore incrassatis, venis paginae superioris vix manifestis; racemis axillaribus simplicibus vel compositis folia excedentibus, in apice ramorum paniculam polystachyam formantibus, pedicellis calyce brevioribus. Guiana Britannica, Rob. Schomburgk coll. 1. № 333.

Bursera (Icica) caudata. I. glabra, foliis 3 — 5 jugis cum impari, foliolis oppositis oblongis, basi inaequilatis vix attenuatis, abrupte in acumen lineare obliquum et obtusum productis, integerrimis, lucidis; petiolo apice glanduloso - incrassato; paniculis axillaribus divaricatis ramosis, foliis brevioribus; floribus sessilibus. Surinam, Hostmann № 1039 et Kappler № 2009. Similis I. Spruceanae Bth. sed folia longiora, caudato-acuminata, costa glabra et flores sessiles.

Bursera obovata. B. glabra foliis 5 foliolatis, foliis brevissime petiolatis pari inferiore minore obovato - oblongis obtusis retusisve integerrimis nitidis; petiolo communi rhachique compresso-angulatis; corymbis axillaribus petiolo brevioribus; fructibus 3 locularibus, loculis 1 — 2 vacuis, pyrenis pellicula solida aurantiaca tectis; cotyledonibus planis non corrugatis. Mexico, Orizaba, Botteri coll. № 912, specimina fructibus immaturis et alia sine numero maturis onusta.

Amyris brachybotrys. A. glabra, foliis 1, 2, 3 jugis cum impari, foliolis oppositis breviter petiolulatis, lateralibus basi obtusis, terminali basi attenuato inaequilatere, omnibus obtuse acuminatis margine undulatis, inte-

gerrimis, impellucidis; corymbis axillaribus fasciculatis
petiolo multoties brevioribus. Brasilia, Sellow № 688.
Altera species hujus collectionis, sub № 1057 servata,
floribus pentameris ab omnibus recedens, videtur esse
A. decandra Brot.
